mittit illicita: ⁊ facit qđ nõ debuit resultat ei erubescẽtia ⁊ pusillanimitas quedã: quia fecit qđ nõ debuit scz malũ. Figurat̃ aũt hec Genes. iij. de Adã. Qui postq̃ peccauit abscondit se pre cõfusione sub ficu: ⁊ fecit sibi brachas. A dño vocatus. Adã vbi es? Rñdit vocẽ tuam audiui ⁊ abscõdit me: eo ꝙ nudus essem. Cui dñs. Quis indicauit tibi ꝙ nud⁹ esses: nisi qꝛ comedisti de ligno de quo p̃cepi tibi ne comederes ⁊ comedisti. Moralit̃. Quid ꝑ adam in rerũ natura figuratur. Uere pctõꝛ qui añ pctm̃ nõ erubescit: quia nõ fecit cãm quare Ubi dicit Alber. super Lucam. Qđ ꝟtuosis ⁊ bonis nõ põt eẽ verecũdia cõsumata. Et hoc totũ: qꝛ non agit turpia: sz bene in vitioso ⁊ peccatore. Qꝛ vt dicit pb̃us. ij. Metb. Om̃e malũ ⁊ erubescibile: ⁊ a peccato ꝓcessit erubescẽtia. Et pctõ ñ exñte nõ esset in mũdo verecũdia. Ad ꝓpositũ. Ex pctõ igit̃ processit verecundia. Et quãto plus pctm̃ est maius: tãto maioꝛ est verecundia: ⁊ plus homo timet illud confiteri: vt anguis vadunt ad ꝯfessionez: sicut ad incãtatorẽ. Diabolus aũt hoc sciens: adueniẽte ꝯfessiõe vtitur hac ꝓ potissimo remedio vt hoĩem impediat ab hoc sacramento cõfessionis. Conat̃ ponere hãc verecũdiã ĩ mẽte pctõꝛis: vt sic ab ea desistat. Uñ Greg. lib. mora. Cũ ĩ graui pctõ labit̃ hõ: suadet ei diabolus: ne peniteat: ne cõfiteatur. Hoc ĩpedimento ĩpedit linguã sodomite: qui cũ puer rẽ turpẽ agit. O nature destructoꝛ. Impedit̃ ille qui cũ vxore nõ agit ꝑ rectã lineã. Impedit̃ qui cum bestijs rem agit turpẽ. O bestia deterioꝛ: q̃a dicit pctõꝛ infra se. Quomodo potero dicere tot mala pr̃i spũali. Uñ demon vtit̃ tali impedimẽto. Exemplo patet in vitis patrũ de illo patre qui reppit demonẽ in eccl'ia tẽpore quadragesime: a quo q̃siuit quid ibi ageret. Rñdit. Uolo restituere male ablata. Que sunt hec. Infra annũ aufero verecũdiã: qua amissa ꝑsona ꝯmittit oĩa crimina sed tpe q̃dragesime ip̃am restituone pctõꝛ audeat dicere pctã sua. Contra hoc tria remedia.

¶ Primum. est consideratio naturalis rationis.

¶ Scđm. est contemplatio diuine intuitionis.

¶ Tertium. est comparatio future confusionis.

¶ Primũ est ⁊c. Debet enim homo ingredi secretũ ꝓprie cõscientie et dicere infra se. O pctõꝛ quis es? O scelestissime. O infamis an nõ erubuisti agere tot ⁊ tãta coram deo: ⁊ nũc erubescis illa cõfiteri. Unde Berũ. de hoc super Cañ. O nimia hominũ infamia: pudet ablui ⁊ nõ pudet inquinari: pudet sordes abstergere: ⁊ non pudet sordes ꝯtrahere. O quot sunt qui peccata terribilia ⁊ inhonesta facere non erubescunt: ⁊ verecundantur illa dicere in confessione. De his gl'iose Augusti. in expositione psalmorum. Sunt multi quos peccare non pudet: agere penitentiam pudet. De ipso vuluere non erubescis: ⁊ de ligatura vulneris erubescis. Curre

UVA. BHSC. IyR_237

ad medicū ⁊ dic ei. Iniq̄tatē meaz ego agnosco: ⁊ pctī meū ꝓtra me est semp: q: solus sine peccato es. Ille. ℔oc est ꝑmū remediū contra impedimētū verecundie. ℂ Scōm est ⁊c. Una maria est in theologia Oō de' nouit oīa pcta nostra. Non debz peccator erubescere dicere facta sua illi q̄ locuz tenet illius qui oīa cognoscit. Ad ℍeb. iiij. Omia enīz nuda ⁊ aperta sunt oculis ei' In ps. xxxix. Dñs scit cogitationes hoīm. In. ps. cxxv. Imperfectum meū vi. ocu. tui. Job. xlij. Scio q̄ oīa potes ⁊ nulla te latet cogitatō Señ. Quid ꝓdest hoī aliq̄d esse secretū: cuz nihil deo sit clausum. Et dist. xxxij. c. Erubescant. Secretoz cognitor: ⁊ iudex ē de' Quiō. xxiij. ℳetha. Aspiciūt oculis superi mortalia iustis. O pctoz: pcta tua sunt nota. Exēplo pz ō abbate Papbū tio. Qui ad Thaydē meretricē perrexit in alexādriā: fingēs se eē mercatorē. ⁊ ipsam inuitauit ad turpē actū. Ēt̄ cz ad scōam ⁊ tertiā ꝯcameram puenissent tandē ipm cōduxit ad locū oīm secretioz ē. Possumus inq̄t Papbuntius videri ? ℜidit. Nisi nos de' videat: alius nō videt Credis inq̄t a deo videri. Immo. ℍeu filia q̄tuz debem' erubescere coz̄ deo: si erubescim' coz̄ boīb'? Cōpuncta ⁊ lachrymis plena accepris reb' suis que erant ꝓcio quadringēt: librarū in medio ciuitatis oīa: cōsumpsit inuitās iuuenes ad actū illū. Sanct' dei ipsam concluſit in quodā loco: sigillās pluribo ꝑ anos tres in penitētia. Ad: ꝓpositū. Non erubescas cōfiteri mala tua: q: deo sunt aperta et nota: nec aliis scit ea nisi solus de'? ⁊ cōfessor tu' q̄ est vicarius xp̄i in terra. Ubi dicit Tho. in. iiij. distin. xxi Oō in nullo casu pōt sacerdos reuelare cōfessionē. ⁊ pōt ꝓceptū et iuramētū accipe se nescire illa que sunt habita in cōfessione. Or: ignorat illa vt bō: licet ea habeat vt vicari' xp̄i. ℂ Tertiū dr ⁊c. Debet esse cōparare cōfusionē quam patitur cōfitēdo: ⁊ quā passurus est in extremo iudicio coram toto mūdo. Uñ dns p' Naum. iij. Reuelabo pudenda tua in facie tua: ⁊ ostendaz in gētib' nuditatē tuā. Et Job. xx. Reuelabūt celi iniquitatē ei' ⁊ cōsurget terra aduersus eum: ⁊ manifestū erit pctm illi'. Ille. Quando veniet dies illa oīa erūt aperta et nuda: coz̄ toto mūdo. In vitis patrū legitur: de illo sancto patre q̄ vidēs discipulū ridētē cachinne dixit. O fili mi redditurī sum' rationē in die iudicij de oībus peccatis nostris coram angelis: et sanctis dei: ⁊ tu rides. Quap: opē Augusti. Cur erubescis cōfiteri peccata tua? Peccator: sum sicut ⁊ tu: homo suz sicut ⁊ tu: nihil a me alienū Confitere q̄ o bō pctōr: hoī pctōri. Ille. Quādo audio aliquē in confessione cōpatior ei' q: possuz errare sicut ille: ⁊ plus Et ꝺ permissus est Petrus cadere ī peccatis vt cō pateretur alīs. Unde ergo ad confessionem non detentus a verecūdia. De pe. di. v. c. Cōsideret. Cautus sit penitēs: ne verecūdia ductꝰ diuidat apō se cōfessionē vt diuersa velit diuersis sacerdotibus ma

UVA. BHSC. IyR_237

nifestare. Quidā em̄ vni celāt que alijs manifestāda reseruant: ꝙ est se laudare ⁊ ad hypocrisim tēdere ⁊ semper venia carere: ad quā frustra putant peruenire. Ille.

Secundū dr̄ ⁊c. Cōtigit em̄ sepe ꝙ hō de vno ⁊ eodē pctō sepe ꝯfessus fuit iā ꝑ. xxx. xxx. ānos: iterꝫ atq; iterꝫ cadit in eisdē Cū aūt venit tp̄s cōfessionis: suadet ei demō. Cur inq̄t vis cōfiteri? Nōne scis: ꝙ ab illis nō abstinebis fatue ꝙ ñ dimittes feīas. ñ vsuras nō odia. Et hoc īpedimēto pl'es ñ confitētur. Cōtra h̄ tria remedia. ¶ Primū est spūalis conuersatio. ¶ Scd̄m est corpalis exercitatio. ¶ Tertiū est sensualis cohibitio. Primū ⁊c. Vis abstinere a peccatis post cōfessionē tuaꝫ. Inuenias bonaꝫ societatē: qꝛ est cā oīum bonorū. Unde. p̄s. Cuꝫ sancto sanctꝰ eris ⁊ cum ꝑuerso ⁊c. Prouer. xiij. Qui cū sapiētibus graditur sapiēs erit: amicus stultoꝝ similis efficietur. Et. xxviij. q. i. sepe maloruꝫ cōsortia: etiā bonos corrumpūt. Sene. epl'a. ix. Caue obsecro: ne cum homine malo loquaris. Et Asculanus. Prauos fuge: cum bonis conuerseris a q̄bus nil ꝑuersum exoritur. Alexander magnus nō caruit vitio. solomie ꝓpter cōuersationē pedagogi sui. Leonidis nicomedis. Salomon ꝓpter malam societateꝫ mulierū qui eum ad adorandum idola induxerunt: depraua tūq; est cor eius iij. Reg. xi. ⁊ Petrus q̄diu fuit cum apostolis. fuit bonus. sed qñ cum iudeis fuit: negauit xp̄m. Uñ ouis morbida multas corrumpit. Sic vnus ꝑuersus totā societatē: vt ptꝫ de iuda. cum apostoli essent cū eo murmurauerunt oēs de effusiōe vnguēti. Qui. Morbida facta pecus totū corrūpit ouile. Uñ medici dicūt ꝙ pueri citiꝰ suscipiūt īfectū aerē: ⁊ citiꝰ inficiūtur q̄ senes: quia sunt carne molliores. Ideo leuiꝰ aer ī eis imprimit̄. Sic pueri lꝫ boni: sunt proniores ad malū suscipienduꝫ. Quia cera tenera facilius suscipit formā sigilli q̄ dura. Uñ cauēdum est ne cū malis cōuersent̄. Hiero. ad Demetriā. Semꝑ in comitatu tuo q̄ues femīas habeas. Qualis em̄ q̄sq; est: taliū cōsortio delectat̄ Et ꝓuerbioꝝ: cum sancto sanctus eris: ⁊ cum peruerso peruerteris. Ad propositum Teneas bonam societatē si vis bñ viuere post confessionē. ¶ Scd̄m dr̄ ⁊c. Nihil est tā ad malū aliqd̄ adducēs: vt ociositas. Hiero. ad Demet̄. Nihil est in sancto ꝓposito deterius ocio. Uñ xp̄s. Mat. xx. Quid hic statis tota die ociosi? Adam ociosus permanens in paradiso: fuit seductꝰ. Dauid occupatus in armis fuit bonꝰ dum stetit ociosus peccauit. Sanson dū pugnauit cū philisteis ī dignitate sua stetit ocio. Marcidus irretitus ē amore Dalide: q̄ postea fuit cā mortis sue. Salomon dum fuit occupatus in tēplo satis cōtinens stetit: dū fuit in ocio inclinauit femora multissimis mulieribꝰ Quid plura? Roma caput mundi effecta est latronū spelunca ꝓpter

UVA. BHSC. IyR_237

ociositatē ciuiū. Unde aug. in. i. de ciui. dei. c. iij. Cū romani cepissent Carthaginē consiliū fecerūt super hoc: vtrū esset destruēda. ne plus infesta esset romanis. Sapiēs Cato surrexit. d. Mihi videt̄ q̄ debeat destrui: quia aliter semp̄ erim⁹ ī bellis. Scipio aphricanus dixit: q̄ nō: quia q̄diu erimus in exercitio erimus victores. Et p̄ oppositum de malo in peius. Qd̄ factum est: qr roma ad nihilū venit. Euersa ē ciuitas carthaginēsium. Romani ad lites veniūt ad inuicem. Unde Salustius ī Catilinario. Ex orōne Catonis. Cuius v̄ba Aug. v. lib. de ciui. c. xij. Nolite estimare maiores nostros armis rēpublicā ex parua magnā fecisse: si ita esset mlto pulcherrimā nos haberem⁹. Quippe socioꝝ atq̄ cōciuiū: p̄terea equorū atq̄ armoꝝ maior nobis copia est q̄ illis fuerit. Sed alia sup̄sunt q̄ viros illos magnos fecerunt: que nobis nulla sunt. Domi industria: foris iustum imperiū: anim⁹ in cōsulēdo liber nec delicto nec libidini obnoxius. Pro his nos hēmus luxuriā: auariciā publicā egestatē priuatim opulentiā. Laudam⁹ diuitias: seq̄mur inertiam. Inter bonos ⁊ malos nullū discrimen: oīa v̄tut̄ p̄mia ambitio possidet. Ille. O quot mala ex ocio. Hiero. et de conse. di. v. c. Nunq̄. Semp̄ aliq̄d boni facito vt diabolus te semper inueniat occupatū. Et Policrates lib. v. ponit de octauiano imp̄atore: q̄ filias suas erudiri fecit in arte terendi: vt ociū vitarēt. Sic hō non sit ociosus. ¶ Tertiuz dicit̄ ⁊c. Quia debet cogitare finem suum: qr cinis est. Gen. iij. Cinis es et in cinerem reuerteris. Eccl's. iij. Cūcta subiacēt vanitati: ⁊ oīa p̄gunt ad vnū locum: de terra facta sunt ⁊ in terraz reuertūtur. Unde Petrar. iij. Triū mor. c. i. Iam vbi sunt diuitie ⁊ honores ⁊ gemme ⁊ sceptra ⁊ corone ac mitre: purpureiq̄ colores. Infelix qui spem in reb⁹ mortalibus reponit: vñ cogor clamare ad mortales. Ubi sunt phi. Aristoteles: Plato: Socrates: Pythagoras: Democrit⁹: zeno: Empedocles: Ubi sunt poete: Homer⁹ Virgilius: Persius: Lucreti⁹. Ubi oratores: Grac⁹: Lisias: Demostenes: Cicero: Quintilian⁹. Ubi sunt medici: Mesue: Rasis: Ipocras: Auicēna: Galienus. Ubi sunt astrologi: Ptolomeus: Alpharabi⁹. Ubi gloria Alexādri magni: Karoli magni: Francisci ducis: Mediolani: Philippi: Roberti: Bartholomei: Bergomensis. Omnes ad terram iuerunt. ¶ Tertiuz impedimētum ⁊c. Sicut em̄ homo naturalr̄ diligit filium. In. vij. Poli. Generant̄ ad genitū naturaliter est amicicia Ita naturaliter cupit ip̄m fouere. Ex hoc faciūt illicita: vsuras committunt ⁊ alia mala. Unde ipediunt̄ a confessione: quia timēt ne cogantur a malis suis restituēdis. Contra hoc tria sunt remedia.

¶ Primū. est filialis deceptio.

¶ Scd̄z. est eccl'iasticalis abiectio.

¶ Tertiū. est eternalis damnatio.

¶ Primū est ⁊c. Dimittunt patres filijs bona sua qui p̄ illis nō darēt obolum: immo dicunt. Pr̄ noster

UVA. BHSC. IyR_237

aut est in paradiso sic nō indiget. Extra de cele. missa. c. Cū marthe. Iniuriā facit martyri. qui orat pro martyre. Aut in inferno: sic etiā nō eget: aut est in purgatorio. Sic ibi stet vsq; q̄ purget. Exemplū diuitis: qui q̄ttuor habuit filios: in testamento legabat: ⁊ vnusquisq; ꝓ ꝑte sua restitueret. Filius minim⁹ dixit patri: ad sacra dei euāgelia promitto exequi qd̄ vultis. Mortuo patre dixit. Si pater meus vsuras fecit portet penas: viuam lete. Iō dicit. Hiere. xvij. Maledict⁹ hō q̄ cōfidit in hoīe. In p̄s. cxvij. Bonū est sperare in dño: q̄ sperare in p̄ncipibus. Ideo Damas. exemplum ponit de quodā qui tres hūit amicos. Unū amabat plusq̄ se: alium minus se: tertiū sicut se. Hic a dño citatus in curia: vnde ꝑiculū mortis imminebat. Ad p̄mū amicum accessit rogās vt cū eo iret: et ip̄m iuuaret. Rñdit. Non possum: sed dabo tibi saccū ad te inuoluendū. Ad alium. Rñdit ei. Te associabo vsq; ad mortē si morieris. Ad tertiū quem inuenit fidū. Iste homo est pctōr qui habet tres amicos. Primus est mūdus q̄ homini in morte p̄stat saccū vt in illo inuoluat. Scd̄s sunt parētes qui ip̄m asportant ad sepulturā: ⁊ cito obliuioni tradūt. Tertius est: bene agere nec expectare a parētibus. ¶ Scd̄m d̄r ⁊c. Tales sunt ab ecclesia precisi: ⁊ carēt ecclesiastica sepultura. vt pz dist. xlvi. c. Nullus. ⁊ ex̄ de vsuris. c. Quia. c. Quāq̄. lib. vi. Cōtra illos qui dicūt. O pr̄ habeo bullas. Non possunt absolui nisi restituāt

Sed vbi debēt poni tales. O sacrista domicilij mortuus est domin⁹. N. vis ip̄m. Non certe: qr ē vsurarius. O sacrista sancti Dominici. O sacrista sancti Frācisci vult ip̄z. Nō. Ubi dz poni? Cāta. Hiere. xxij. Sepultura asini sepelietur. ¶ Tertiū dicit ⁊c. Tales sūt in inferno dānati. Lu. xvi. Mortuus est diues ⁊ sepultus est ⁊c. Exemplū vsurarij qui su ꝑ asinum positus portatus est sub furca: ip̄o asino nullo illuz dirigente. In signū q̄ in furca inferni erat quo ad animam sepultus. Unde pz tertiū. ¶ Quartū dicit ⁊c. Cice. lib. de sene. Nemo est em̄ taz senex qui se nō putet annū viuere. Hiero. ad Geruncia. Nemo est em̄ tam fractis viribus ⁊ tā decrepite etatis vt se non putet annuz posse suꝑuiuere. Et ita de anno in annū ad mortem vadunt: nec curāt confiteri: sperāt diu viuere ⁊ cōfiteri. Contra hoc tria sunt remedia: vt sic homo confiteatur.

¶ Primū est mortis dubietas.

¶ Scd̄m est peccati grauitas.

¶ Tertiū ē ꝯuersatiōis difficultas.

¶ Primū est ⁊c. Tria sunt dubia de ip̄a morte. Primo circa tp̄s. Scd̄o circa modum. Tertio circa locum Primo circa tp̄s: q̄ fiat qñ sit moriturus. Ignorāt iuuenes pueri senes. Eccl's. ix. Nescit homo finem suuz. Aug. Nil certius morte: nihil incertius hora mortis. Petrarcha quīto triumpho tp̄is hic humana spes: hic delitia hic miseri homīes attendūt: nemo aūt scit quātū viuat aut obeat. O quanti laborauere per mundū sperātes vbi reci-

UVA. BHSC. IyR_237

pere fructū sui laboris: q̄ tñ ante tēpus perierūt: qd̄ sibi ꝓmiserāt: Quanti habēt bona. Quāti sudāt pro mūdo: tñ ante tēpus tollunt̄ a p̄senti vita. Unde Pius papa illustri maumetho. d. Angustissima ē hoīs vita: ⁊ incerta. Mille instant in oēs horas ꝑicula: mille mortis facies. Est igit̄ de aīa curanduz q̄ post hāc vitā aliā hz vitā: qua vel dolet vel gaudet. Scd̄o quo ad locū: qꝛ nullus scit: vtrū bñ an male mors scit eñ lesura. Uidim⁹ nāq; viros varijs modis moriētes: et magnū solaciū reputare si īter angustias mortis in domo ꝓp̄a: loco ꝓprio in brachijs parētū mortui essent qd̄ plurib⁹ nō est cōcessuz. Aliqui sunt suspēsi in patibulis. Alij in mari subinersi. Sume tibi exemplū alioꝝ: qꝛ vt dicit ille poeta Felix quē faciunt aliena pericula cautū. Ideo dubia est quo ad locū tertio quo ad modū: vtrū bene an male. O quot credūt bene mori: q̄ tamē moriūtur desperati. Ecclesiastici. v. De ꝓpiciatu pctōrū: noli eē sine metu: neq; adijcias pctm̄ sup pctm̄. Aug. sermone innocentium Hac aīaduersiōe ꝑditur peccator. vt moriēs obliuiscatur sui q̄ dum viueret oblit⁹ est dei. ¶ Scd̄m dicitur ⁊c. Quanto plus hō differt cōfiteri de anno in annū: plus cōsciētia grauatur ⁊ deū offendit. Extra de cōsuetudine. c. fi. Tanto inquit grauiora sunt peccata: quāto diutius animā infelicem detinēt alligatam. Unde quanto quis morat̄ in peccatis: tanto plus deū offendit. Uñ ponitur talis casus. Quis peccat plus: an secularis: an religiosus. Rñdet Thoma. ij. ij. q. xvi. ar. x. Qd̄ secularis exceptis tribus casibus. Pro rōne voti. Secundo scādali. Tertio rōne contēptus qꝛ perseuerat in pctis: quod nō facit religiosus. Unde peccatuz non est sic graue. ¶ Tertium ⁊c. Qui differunt cōuersionem ponunt se in periculo nō posse cōuerti ⁊ cōfiteri: in tempore suo. Ratio quia euenire potest vt post diuturnam cōsuetudinem peccatorum: nō amoueatur de facili malus habitus. Uulgaris: nunq̄ retardes ad extremū terminum. nam benefaciendi promissio multos decepit.

Quintū dicitur ⁊c. Ut videmus ad oculum. Sicut enim presentia ignis causat calorem: ⁊ vini p̄sentia sitim: ita p̄sentia rerū tēporalium causat sitim amoris acquirendi. Unde Johan. iiij. Qui biberit ex aqua hac: sitiet iterum. Per quam vt Tho. d. xij. q. xxxiij. argu. ij. Intelligitur delectatio rerum tēporalium. Desideriuz autem istud tantum crescit in homine: vt homo tradat seipsum obliuioni et animam suam. Non curat de paradiso et de alia vita. Cum ergo confessionem requiratur vera cōtritio: et vera dispositio benefaciendi. Homo impeditur a bonis huius seculi: velut coruus quiescens super cadauera: non curans reuerti ad archam vite eterne. ¶ Contra hoc impedimētum tria sunt remedia bona que sequuntur.

UVA. BHSC. IyR_237

¶ Primum est loci incongruitas.
¶ Scdm est doloris immunitas.
¶ Tertium est finis calamitas.
¶ Primū est ꝛc. Quia locus huius mūdi nō est noster: sed sumus hic peregrini. Incola ego sum in terra ps. Pro bestijs nō ꝓ hoīb⁹ factus est locus iste. Augustinus. In valle sum⁹ miserie: in qua magis flendum est: eo ꝙ minus flemus. Unde doctores morales assimilāt eaꝫ quattuor. ¶ Primo hospiti: quando viator ad hospitiū approximat tabernarius ei applaudit. ostēdit ei bonū vultū: ꝑparat ei cameram cum in mane recedere vult: opꝫ ꝙ subtil'r soluat. ꝛ dimittat pagamētū. Ita mūd⁹ applaudit nobis cuꝫ diuitijs: honorib⁹: sed in fine vite. opꝫ facere rōnem cuꝫ miser losto. Uñ quidā accedens ad sepulchrū Alexādri di. Heri nō sufficiebat tibi totus mundus. Hodie autē sepultura quinqꝫ pedū cōtētus es. ¶ Scdo feno. Isa. xl. Omnis caro fenū: et oīs gloria eius: quasi flos agri. Sicut fenū nascitur viride. ꝛ supueniēte sole arescit: ꝛ ꝑ falcem de terra euellit': ꝛ ab aīalib⁹ comedit'. Ita hō nascit' de muliere: vt fenū de terra hñs viriditatē iuuētutis: sed paulatim senescit. ꝛ per falcem mortis de agro mūdi tollit'. ꝛ vermibus corpus traditur ad comedendū. ¶ Tertio ludo pile: videlicet ad pilā q̄ hinc inde ꝓijcit'. Ita vita nr̄a: ꝛ hec fortuna instabilis. Señ. Oīs fortune felicitas īstabilis est. Hodie paup: crastina die diues: hodie san⁹: cras eger. ¶ Quarto rose, que cito arescit. In mane pulchra: in sero mortificata. Ideo Petrarcha. in. v. Triūpho. Tēporis. Quātū valeo ad moriendū me preparo: cogitās breuē vitā meā: in qua hac mane erā infantulus: ꝛ iam senex. ¶ Scdm remedium ꝛc. Job. xiij. Homo natus de muliere breui viuēs tpe replet' multis miserijs. Señ. Ueni et ostēdā tibi ꝙ male se habeat hoc corpus. Nunc de capite. Nunc de facibus cōqueritur. Ille. O ꝙte infirmitates. O ꝙte miserie homini adsunt in presenti seculo. ¶ Tertinꝫ dr ꝛc. Quia de dulcedine pctī: nō remanet nisi remorsus ꝯsciētie. Roma. vi. Quē fructū habuistis tūc in illis in quibus nunc erubescitis.

¶ Feria secūda hebdomade tertie De preparatione confessionis.

Quanta audiuim⁹ facta ī Capharnaum: fac et hic in patria tua. Lu. iiij. Cū quadā vice xp̄s p̄dicaret in nazareth accesserūt ad eum parētes ꝛ amici eius ac cōpatriote: ꝛ dixerūt. Quāta audiuim⁹ facta ꝛc. ac si dicat. Cū magis teneant tuis cōpatriotis ꝙ alienigenis bñficia īpēdere q̄ īpēdis. fac poti⁹ miracula ī patria tua. Scdm expōnē Crisosto. sup Mat. Xp̄s. iij. hñt cītates. Pr̄ia fuit bethleeꝫ in q̄ natus. Scda nazareth in q̄ ꝯcept⁹ ꝛ nutritus. Tertia capharnaū ī q̄ cōit cōuersat⁹: ꝛ pl'a miracl'a agebat. Rñdit iesus. Amē dico vob: qꝛ nemo ꝓpha accept⁹ ē in pr̄ia sua. Scdm

UVA. BHSC. IyR_237

Nicolaū de lyra: apd̄ nazareth vbi erat cōcept⁹ ⁊ nutrit⁹ ab eis singulariter erat despect⁹: iuxta illd̄ Jo. i. Qui eū nō receperūt. Uñ in ip̄m nō credebāt: sz ei īuidebāt. ⁊ despiciebāt ip̄m ꝓpt̄ pauptatē parētū. Quia lz eēnt nobiles: tñ erāt pauperes. Uñ dicebāt despectie. mat. xiij. Nōne hic ē fabri fili⁹. i. Joseph et Mar. vi. Nōne hic est faber. Ex h̄ pauca miracl'a faciebat: qꝛ erāt indigni. Nemo ꝓpheta accept⁹ ⁊c. Ac si dicat. Si miracula non facio apud vos: nō est ꝙ despiciā patriā meā: quā mater mea honorauit. Aut ꝙ sim īpotēs ad talia ꝑagēda sed qꝛ estis īdigni. Et hoc ꝓpt̄ sup̄biā: īuidiā ⁊ incredulitatē vestrā. Uñ alienigenis facio: q̄ me honorant plusq̄ vos. Nemo inq̄t ꝓpheta ⁊c. ⁊ ꝙ hoc sit verꝝ ꝙ ꝓphete magis honorant̄ apd̄ extraneos q̄ suos: ostendit xp̄s duplici exēplo. Prīo Helie q̄ a iudeis expellebat̄ ⁊ ꝯtēnebat̄. A gētib⁹ aūt honorabat̄: vt pz. iij. Re. xvij. Cū mlte alie vidue in hierl'z essent: tñ nulla fuit digna recipe Heliā apd̄ Sareptā Sidonie: sicut mulier gētilis vidua. Samaritana q̄ eū suscepit honorifice in domo sua. Scd̄o exēplo Helisei q̄ multis leprosis in iudea exñtib⁹ null⁹ tñ ab eo mūdat⁹ est. nisi Naaman sirus. In exēplū ꝙ īter extraneos aliqñ pl'a miracula faciebāt ꝓphe: q̄ inter domesticos. Repleti sunt oēs ī synagoga ira: qꝛ. s. eis p̄ponebat gētiles: q̄s iudei abhominabant̄. Eiecerūt illū extra ciuitatē: tāq̄ dignū morte: vt illū īterficerēt. Ip̄e aūt iesus ꝑ mediū illoꝝ ibat Uirtute diuinitatis sue de manib⁹ eoꝝ lapsus est. Et descēdit capharnaū vt īpēderet alijs doctrinā sacrā: qm̄ illi de nazareth erant indigni. Applica. De p̄paratiōe cōfessionis hodie erit sermo: ⁊ de ea tria sunt videnda.

¶ Primum dr̄ p̄parationis.
¶ Scd̄m dr̄ conditionis.
¶ Tertium dr̄ completionis.

Primū dr̄ ⁊c. Cōclusio est phi in. i. de gñatiōe. Qd̄ ad pauca respiciētes: de facili enūciāt Exēpli gr̄a De illo q̄ nō respicit ad famā ⁊ honorē ⁊ gl'iam ꝓximi sui: q̄ nō respicit ad scādalū qd̄ seq̄ pōt: de facili infamat: detrahit: vitupat ip̄m et hmōi. Ad pauca ⁊c. Preterea de illo q̄ homicidiū facit: qꝛ nō respicit finē. Ad pauca ⁊c. Jō dicebat ille poeta Quicq̄d agis prudent̄ agas ⁊ respice finē. De q̄ fine phs. ij. phꝝ Finis mouet agētē. In eodē. Finis hz rōnē optimi. ⁊ Auerrois sup̄. ij. Metha. Qui destruit finē destruit oē bonū. Uñ legit̄ de Socrate pho cū Athenis legeret. Una die ī platea clamare cepit Qui vult emere sapiam veniat ad me. Qd̄ declarauit hoc mō in oībusq̄ hō acturus est finem respicias. Respice finem Et rex ciuitat̄ sup̄ fores palatij iussit poni. Respice finez. Barbitōsor aūt ei⁹ hoc vidēs: cū regē iugulare vellet: vidit h̄ scriptū sup̄ portā: et recordat⁹ huius dicti: destitit. Ad pauca respiciētes: de facili enūciāt O q̄t latrocinia. O q̄t mala sunt: q̄ nō essent: si finis respiceret̄. Ad ꝓpositū. Pctōr q̄ vult cōfiteri pctā

UVA. BHSC. IyR_237

sua nō attendēs ad periculuz aīe: qd̄ seq̄ pōt: cū sacr̄m cōfessionis sit vtilissimū: q̄uis hodie nō habeat̄ studiū circa illā: vñ hō facit illam: grosso mō. Et poti⁹ dicēda est confusio: q̄ confessio. Et parlamentū cōmune: q̄ confessio. Qui vult ergo hodie digne confiteri: ꝛ fructuz recipe ex ea: necesse habet homo: vt ad illam se preparet cum optimo mō. Que p̄paratio est duplex.

¶ Prima dr̄ p̄paratio recordatōis

¶ Scd̄a dr̄ amaricationis.

¶ Prima dr̄ ꝛc. De q̄ Isa. xxxvi. Recogitabo tibi oēs annos meos ꝛc. Nota ānos. s. iuuētut̄ in q̄ tot v̄ba ociosa: tot dissolutiones: tot pctā. O iuuenes mei. Recogitabo tibi oēs annos. Nō imerito talis dz fieri p̄paratio. Qr hō in tēporalibus si hz facere cōputū alicui⁹ negocij examinat libros. vide matriculaz aperit ei gornal. Uidet dies: ponit menses: numerat annos. Et si non sufficit dies ponit noctē: obliuioni tradit somnū ꝛ cenam. Et si qñ ab vxore ꝛ filijs vocat̄. O pater eam⁹ cenatū. O ego habeo aliud agere. Preterea si mulier habz aliq̄d agere: mīerat cū digitis. Si ergo cum tanto studio q̄s videt tp̄alia: quāto magis in factis aīe dz meditari facta sua. q̄ fit in sacr̄o cōfessionis Recogitabo. In huius figurā. Dd̄ post pctm̄ homicidij: sup̄bie: luxurie. volēs obtinere veniā pri⁹ examinauit ꝯsciam suā volēs deo confiteri mētali confessione. Dixi. i. in mēte mea deliberaui: vt exponit Cassidorus. Cōfitebor aduersum me. i. contra me. Nō cōtra deum: aut dyabolū: sed aduersum me: ne minē īculpādo: nisi seip̄m. Sequit̄ Et tu remisisti iniq̄tatez pcti mei. Sed heu: q ꝛ q̄dā imp̄meditati ad hāc accedūt: vt aīalia ad pascua. Tales nō faciūt cōfessionē: sed confusionē. O pater nescio q̄d dicam. Petatis vos. O miser: nūquid scio pctā tua. Nunq̄d cōfessor aderat. Et si cōfessor nō examinat de puncto in pūcto: dicūt esse hoīem grossum. Sz tales audiāt qd̄ dic̄ Tho. in. iiij. di. xix. Qd̄ pctōr dz prīo incipere confessionē: ꝛ eā ꝓseq̄. Demū sacerdos ip̄m adiuuare dz: nec omni v̄bo ip̄m examinare: sed hō se p̄parare dz. ¶ Scd̄a dr̄ ꝛc. Uidelicet cū lachrymis. In amaritudine aīe mee. Et q̄tū debeat eē iste gemit⁹ ostēdit ꝓpheta. Iere. vij. Luctum vnigeniti fac tibi planctū amarū. Mulier cū ꝑdit p̄mogenitū: dolet plāgit: eo q̄ amisit vnicū filiū: qui erat ei⁹ consolatio. Et q̄to magis mēte pctōr miser dz flere. q̄ ꝑ peccatū amisit spōsuz suū deū. Uideo ciuis ī scriptura. Gen. v. Egyptij fleuerūt mortē Jacob. vij. diebus. Et Deut. vl. Filij isrl̄ fleuere mortē Moysi. xl. diebus. Adam fleuit c. annis Abel: in q̄bus cū vxore sua nō habuit rem. Gen. xxiij. Abrahā post. c. annos Sarrā mortuaz fleuit. Si isti flebāt corpora mortua: q̄re nō magis flere debemus pctā nostra. Quanto plus miser peccator. qui deū perdidit. Unde Amb. in li. de pnīa. Nihil est q̄ tam causa summi doloris sit: q̄ si recordetur q̄s vñ lapsus sit. Ubi nota s̄m petrū de pal. i. iiij. Qd̄ iste dolor dz

UVA. BHSC. IyR_237

habere duas partes.
¶ Primo debz esse sensibilis.
Secundo intellectualis.
¶ Primo ꝛc. Ut agat pniam de peccato suo: ieiuna vigilias ꝛc. Qui em̄ peccatum fecit: equū est: vt penitentiam agat Orig. super Leui. Quod gula peccauit ieiunium corrigat. Crisosto. super Mat. Qualis precessit o[illegible]entio: talis debet sequi satisfactio: qui fuit in culpa: luat penam. ¶ Secūdo intellectualis: vt sit male contentus de preteritis. ꝛ potius mori q̄ plus peccare: q̄tum in se est. Et tale ꝓpositū vt dicit Tho. in. iiij. dz esse firmum Et tantus posset esse: q̄ peccator absolueretur a culpa ꝛ a pena suorum pctōrū. Qd̄ ꝓbat̄ triplicr medio. ¶ Prio auctoritate. Luc. xviij. De publicano q̄ orans dixit. De⁹ ꝓpitius esto mihi pctōri. Amen dico vobis: descēdit hic iustificatus in domū suā. Quid vult dicere iustificatus: nisi qꝛ pctōꝝ suoꝝ nexibus fuit absolutus. ¶ Scdo figura. ij. Reg. xij. De dauid qui adulterium ꝛ homicidiū cōmisit: ꝛ nunq̄ pctā fuerunt dimissa: nisi postq̄ penituit dicēs. Peccaui. Et statim assuit Nathā. propheta di. Et dominus trāstulit pctm̄ tuū a te. Et culpa ꝛ pēa fuit ei dimissa. Et de latrone. Mat. xxvi. Hodie mecū ꝛc. Magdalena. Luc. vij. Dimissa sūt ei ꝛc. ¶ Tertio exēplo. In lib. de. vij. donis. De q̄dam meretricula q̄ a mr̄e redarguta est sup pctō suo. O matres corrigite filias vr̄as. Gladio matrem iugulauit: ꝛ eā occulte sepeliuit. Cūq̄ ad p̄dicationez iuissz adeo compūcta est: vt per medium carperet: ꝛ celū ascēdit. Apparuit autem cuidaz dicens. ita esse compunctaz in illa hora: vt oīa peccata sua laxarentur. Unde pz primū

Secundū dr ꝛc. Cum cōditiōe maxima facienda est confessio. que s̄m Tho. iiij di. xvij. est triplex. Aliter nihil valere penitēti ip̄a cōfessio sacr̄alis.
¶ Prima dicitur electionis.
¶ Scda. dicitur sollicitationis.
¶ Tertia. dicitur modificationis.
¶ Prima dr ꝛc. Ut pctōr eligat patrem spūalez: qui in se duas habeat conditiones. Primo sciam. Secundo bonam conscientiam. Primo scientiam competentē: vt sciat discernere inter lepram ꝛ lepram: i. peccatū ꝛ peccatum. Uñ Augu. de pe. di. vi. c. Cui añt. Qui vult cōfiteri pctā sua vt inueniat gratiaz querat sacerdotem sciētem ligare ꝛ soluere: ne cum circa se negligēs extiterit negligatur ab eo: q̄ cū misericorditer mouet ꝛ petit: ne ambo in foueam cadant. Idem in eadez distin. Caueat iudex spiritualis: ne careat munere scientie. Et distin. xxxviij. Ignorātia mater cūctorum errorum maxime in sacerdotibus euitanda est: qui docendi officium in populo dei susceperūt Et christus in euangelio. Si cecus ceco ducatuz prestet: ambo in foueam cadunt. Omnia mala procedunt ab ignorantia. Unde Isayas conqueritur ploraus captiuitatem iudaici populi di. Propterea duct⁹ est popul⁹ me⁹ captiuus: qꝛ nō habuit sciaz. Unde opus est

UVA. BHSC. IyR_237

vt pater spūalis habeat intelligē-
tiā. Qr vt dicit. iij. Metha. Igno-
rantis vinculū: nō est soluere. Sz
heu: qr hodie vacant ocio. ⁊ nō lit-
teris Quidā negociatōib⁹. Quidā
occupātur. s. ad aucupandū: tenē-
do canes ⁊ accipitres: cuz litteris
deberent insudare. Facecia de dia
cono q̄ erat ordinādus in sacerdo-
tem: ab ep̄o interrogat⁹ de sufficiē
tia. Quot sunt inq̄t sacramenta ec
clesie? Rn̄dit tribus. Et ep̄s. Qui-
bus. Crismus. baptism⁹. ⁊ missa
p̄ defunctis. Tales autē maiorem
gr̄am in populo habēt q̄ homīes
p̄bi. Qr de oīb⁹ absoluūt: ⁊ semper
secū deferūt auctoritatē papalem.
Unde vnā absolutionē faciunt su-
per caput: aliā sup̄ bursam di. Au-
ctoritate qua cōfundor. Ego absol
uo te: q̄ nō debeo? Restituo te sa-
cramentis ecclesie: q̄ non possum
In nomīe patris ⁊c. Da mihi carli-
num. Tribue blanchū. O pater in-
quiunt mulieres: quomō bene cō
fitetur. Tenet librū apertum. Dat
modicā penitentiā. O fatuitas se-
cularius. Si sunt infirmi: querunt
medicū bonū: q̄ eorū intelligat in-
firmitates. Et quanto plus: patrē
⁊ medicū spūalem. Scd̄a cōditio:
q̄ habeat bonā cōsciam. s. vt sit bo
ne vite: ⁊ bone fame. Unde. i. q. i.
Uilissimus cōputādus est: nisi pre
cellat scīa ⁊ sanctitate: q̄ est hono-
re p̄stātior. Et ph̄s lib. de pomo ⁊
morte. Docētes alios: mentiri non
debēt. Et xp̄s. Mat. v. Sacerdoti
bus. Sic luceat lux vestra: corā ⁊c.
Unde frater aut clericus scandali
zans secularem: deberet proijci in
mare. Querēdus ē ergo sacerdos
bone consciētie. Et quare o pater
Gabriel. Qr corriget de pctis suis
pctōrez: persuadēs ei periculū aīe
Sz p̄ oppositū non curabit de aīa
Qr est discinētus ⁊ brigosus ⁊ pro
pare caponū faciet mille periuria
Uñ ex hoc plures nō restituūt ma
le ablata. Uidem⁹ expresse vsuras
falsos ꝯtractus. Alius tenet cōcu-
binā: alius nō sinit odia. et tamen
in paschate cōmunicat se. O cōfes
sores. o patres spūales: q̄ nō cogi
tis tales ad bene agendū. Sz hoc
totum. Qr hec dona: hec munera:
mundū destruunt: par caponū ⁊c.
¶ Secunda d̄r sollicitatōis. Quia
hō debet esse sollicitus in p̄ricipio
quadragesime. Prouer. xxviij. Iu
stus ī p̄ricipio accusator est sui. In
p̄ncipio. s. quadragesime. Nō īme-
rito. Qr es sollicit⁹. o ciuis: o mer
cator: o artesane: in radēdo oī sab-
bato barbā polluēdo caput. Et tu
o mulier oī mense faciēdo lexiuiū
⁊ quotidie lauare suppellectilem
Quare nō plus de aīa in cōfessiōe
Et non retardare ad septimanam
sanctā: vt plures agūt: cuz memo
ria hoīs sit labilis. Reuertere ad
cōfessionē: ter quater. Ego nescio
q̄d heri comedi multo plus pecca
ta q̄ fiunt infra annū. ideo sepe re-
plica tuā cōfessionē. Qr non est al i
quid qd̄ tātū debilitet vires demō
nis: vt ipse Augu. in ser. Confessio
est salus aīarū: dissipatrix vitiorū:
restauratrix virtutū. Ille. Exēplus
Thome de canthuaria. Dum infir-
maret̄ grauiter apparuit ei demō:
vt ip̄m tentaret. Et quesiuit ab eo

UVA. BHSC. IyR_237

q̄d pl⁹ odio haberet? Rñdit Thome demō. Uere cōfessionē. Et ille. Quare hoc? Rñdit. Qr omēs labores meos amitto in ipsa: cuz pctōr cū deo suo recōcilietur: ⁊ pacificet̄ Et ex rebelli ⁊ malo ꝓteruo ad deum suū reuertit̄: ⁊ ab ipo gratāter suscipit̄. O cōfessio gl̄iosa. O sancta res. Uñ dubiū q̄rit̄. Utrū sit tāta vis ꝯfessionis: vt q̄s non bñs copiā ꝯfessoris: possit layco cōfiteri. Rñdet Aug. de pe. dist. vi. Tāta est vis cōfessionis ꝙ si deest sacerdos ꝯfessor: ꝯfiteat̄ ꝓximo. Qd̄ verbuz ſm Tho. in. iiij. dist. xvij. nō est p̄cepti sed ꝯsilij. Qr laycus non habet claues. Unde ꝑ cōsequēs ꝯfitēdo layco tenet̄ iterū sacerdoti cōfiteri cū oībus culpis. Est tamē bonum ⁊ vtile layco cōfiteri in cāu necessitatis: qr in tali cāu cōseq̄tur veniā pctōr. Qd̄ ꝓbatur duplici medio. Primo exēplo cuiusdaz ꝑegrini q̄ in mari existēs: ⁊ mari turbato: cōfessus est pctm̄ suū cuidā nō suo socio. Et ex hoc mare pacatū est: qd̄ fecit illa ꝯfessio. Nota hic ꝙ est valde periculosum nauigare cuz blasphemato rib⁹ ⁊ qui sunt in mortali Uñ dicūt doctores: ꝙ ex pctō iude Jo. viij. turbatū est mare. Ad ꝓpositū. Si hoc fecit illa ꝯfessio: cuz tamen non esset sacr̄m. o quid faciet cuz patre spñali. Scdo silitudine. De patre nostro Dñico qui demonem cōduxit ꝑ oēs officinas tādez in capl'o. O Dominice quid facis. Omnia hic amitto: die veneris. si hoc egit illa ⁊c. ¶ Tertia dicit̄ ⁊c. Quomodo. s. fieri debz? Rñdeo ꝙ cū erubescētia. Et ratio doctorum Qr est maxima pars satisfactiōis. De pe. di. vi. c. i. Qm̄ ꝟecūdia magna est pena: fit dignus venia: qui ꝓ xp̄o erubescit. Et de pe. dist. i. c. Quē penitet. Erubescētia in cōfessiōe pctōr: maxīa pars est satisfactionis. Exēplo pz. In li. de lapidibus legitur. Quidaz fuit in gallie partibus: q̄ filiā ꝓpriā oppressit. ⁊ cū maxima verecūdia venit ad sanctū Uincentiū: petens si vnq̄ de illo pctō veniā impetrare potuisset Rñdit. Immo fili: si penitentiam agere velis. At ille. Oīa ꝑficere volo. Uñ iniūxit ei pniam septēnem. At ille. O pater credis me saluari. Ita certe. Jeiuna tres dies in pane ⁊ aqua. At ille. O pater: quomō possum obtinere veniā? Respōdit sanctus. Dic tm̄ tria pater noster: qr ꝓ certo pctm̄ dimissum est. In illa hora durū ploratū emisit. ⁊ in terraz ꝓcidēs expirauit. Apparuit ei in nocte sequēti ⁊. d. euolasse ad gaudia sempiterna sine aliq̄ pena Et hoc totū ꝓpter illā verecundiā sanctā. Sz heu: qr plures accedūt sine hac ad sacramētuz hoc: veluti stulti: quasi ridēdo. Et vt hanc confusionez fugiant querunt patrem aut surdū: aut fatuuz: aut indeuotum: aut locū secretū. Et hoc mihi non pōt placere audire cōfessiōes in cameris ⁊ locis secretis sed bene publicis: ne penitēs dicat verba derisoria aut trupbando. O quot res vane. Conqueritur dominus. Jere. viij. Nō est q̄ agat penitētiaz sup peccato suo dicēs. Quid feci: scz cum rubore. Sed dicet aliquis cui⁹ vtilitatis est cōfessio que cum

UVA. BHSC. IyR_237

tanta diligentia debet fieri. Rñsio. ꝙ multiplicis. Prima: qꝛ est mētis securatio. Ualet ꝯfessio ad quādā mentis securitatē ex cognitione venie accepte. O pater cum sum confessus totꝰ sum letus: confessionis merito. Secūda vtilitas ē pene diminutio. Nā sacerdos ex vi clauiū pōt aliq̄d pene debite relaxare: lꝫ nō oēm penā. Tertia vtilitas est intercessorū multiplicatio. Tenētur nāq̄ sacerdotes orare ꝑ eis qui sibi ꝯfitētur. Quarta est gr̄e augmētatio. Sepe em̄ in cōfessione deuota dñs augmentat gr̄am collatā in cōtritiōe. Quinta est dei glorificatio: qꝛ cuꝫ q̄s sua peccata in spe venie cōfitetur: deū misericordē glorificat. Quare laudabile est vt qui frequēter peccāt. non tm̄ semel in anno: sed sepe etiaꝫ confiteantur.

Tertiū dr̄. Triplex nāq̄ defectus cōmitti pōt: ne cōfessio sit ꝑfecta vt ponit Tho. iiij. di. xvij. et ꝑ ꝯñs nullius adiutorij spūalis.

¶ Primus dicitur malicie.

¶ Secūdus dicitur circunstantie.

¶ Tertius dicitur negligētie.

¶ Primus dicitur Cuꝫ peccator ex malicia ⁊ aliquo respectu ductus. peccatū suū celat patri suo spūali Talis cōfessio est īualida. Aug. de pe. dis. v. c. Consideret. Cautus sit penitēs ne ꝟecūdia ductꝰ diuidat apud se cōfessionem: vt diuersa diuersis velit sacerdotibus manifestare. Sed aīa cara dubiū q̄rit sibi Utrū homo possit diuidere cōfessionē suā: dicere vnā partem vni: alterā alteri: ex quadaꝫ erubescentia Rñdet Petrꝰ de palude in. iiij. Qd loquimur dupl̄r. Aut de mortalibus: aut de venialibꝰ si de mortalibus. Sic dico ꝙ vult ⁊ non pluribus sūt de necessitate dicēda. Aut de venialibꝰ: quia venialia nō habent connexionē: nec quo ad cōtritionem: nec quo ad absolutionem Ideo absq̄ iudicio ⁊ preiudicio salutis potest de hoc dimidiari confessio: ꝙuis nō sit honestum: nisi fiat ex causa rationabili. Ad ꝓpositum ergo: confessio debet esse sine malicia. Et confessor qui videt peccatorē in tali statu. non debet acriter reprehendere: sed ipsum cōfortare: qꝛ ⁊ ipse in ea cadere potest. Ex hoc deus permisit Petruꝫ cadere: vt alijs esset exēpluꝫ gratiositatis. Uñ Gre. di. l. Considerādū est ꝙ idcirco deus permisit ip̄m cadere ⁊ negare xp̄m: vt in sua culpa disceret qualiter alijs misereri deberet. Ille. O patres agite gratiose. Exemplo illius qui dixit adultere Uade. ⁊ amplius noli ⁊c. Quod fuit in exemplum confessoribꝰ pietatis

¶ Scd̄s defectus ⁊c. Quando non dr̄ peccatuꝫ cum circunstātia. Ubi nota ꝟꝫ Bona. i. iiij. di. xvij. ꝙ duo sunt genera circūstantiaꝝ. Primuꝫ est alleuians peccatū. ⁊ hoc nō est dicendum. Scd̄m est necessarium Quia nō sufficit dicere peccaui cū muliere: immo oportet vt exp̄mat vtrum cōiugata vel virgo: vel religiosa: vel ꝯsanguinea: ⁊ sic de alijs Aliud est peccare cū mōiali: aliud cū seculari: aliud cuꝫ soluta: aliud est percutere clericū: aliud laycuꝫ Et sic de singulis. Uñ Tho. in expo

UVA. BHSC. IyR_237

fitione psalmoꝝ. sup illud ps. Cõfitebor aduersum me ꝛc. In verbo iniusticiaꝫ: ꝙ triplex est iniusticia. Prima contra deũ: que est dicẽda. Pater dico meã culpã: qꝛ blasphemaui deũ meũ: sacramẽta falsa accepi. Dilexi plus diuitias ꝙ deum meũ: non celebraui festa: et hmõi. Facecia de Bergomẽsi q̃ crucifixũ veterẽ flebat: quia ppl's nõ ãpli⁹ portabat encenia sicut añ: ꝓpter nouũ crucifixũ. O crucifixe vetus doleo sup te ꝙplurimũ. Surrexit crucifix⁹ nou⁹ ꝛ abstulit pignatas cuꝫ flasconibus. ¶ Scda iniusticia est contra ꝓximũ. Pater nõ honoraui parẽtes meos: cõcupiui rem ꝓximi: vxorem infamaui. Applica de odijs: de inuidijs. ꝙ vnus aliuꝫ insequit: de superbia que regnat. Et ꝙ terra illa tria habet. Primo est superba. Secũdo liuida. Tertio paupercula. Paup supbus: nihil peius dici potest. ¶ Tertia iniusticia contra seip̃ꝫ. Practica sup. vij. mortalia. Primo de superbia. Preterea de q̃nq̃ sensib⁹. Preterea de septeꝫ opibus misericordie. Preterea de deceꝫ p̃ceptis. Sed heu me: q̃a nesciũt ꝯfiteri sunt muti. sinũt peccata grossa ꝛ leuia dicũt. Quot doctores leguꝫ: quot dñi in actu illo vident esse in alia vita. O imemores ꝓprie salutis. O hoĩes grossi. Sic de mulieribus que se laudãt. Pater quotidie dico tria pater nr̃ ꝛc. Aut accusant vicinas. Pater illa mea vicina: abstulit mihi gallinaꝫ ꝛc. ¶ Tertius defect⁹ ꝛc. Quia non faciũt penitentiã eis iniunctã a cõfessoribus. Contra Deut. xvij. Qui non obedierit sacerdotis imperio morte moriat. Et penitẽtia que nõ fit hic: fiet in alia vita acerbior: imo acerbissima. Exemplum legitur in libro de apibus. Tempe Innocentij pape quidaꝫ ribaldus maximus ad pontificẽ accessit pro absolutõe sui facinoris: nõ valens facere pniam: tandẽ ei iniũxit vt diceret omni die tm̃: qñ dormitũ iret cũ signo crucis. Morieris ꝛ non viues. Considerans hoc cepit flere. O miser meli⁹ ẽ h̃ plãgere ꝙ i alia vita. Uñ cõdignaꝫ egit pniam sup pctis suis: ꝛ saluatus est.

¶ Feria. iij. hebdomade tertie. De necessitate confessionum.

Si peccauerit in te frater tuus: vade ꝛ corripe eum inter te ꝛ ip̃m soluꝫ. Mat. xviij. ¶ Ueritas incarnata: hodie nobis dat q̃t tuor salutifera documenta saluti nostre ꝙplurimũ necessaria. ¶ Primum de fraterna correctione: cuꝫ dicit. Si peccauerit in te frater tuus. i. te solo sciente. vel in te. id est contra te iniurias irrogãdo. Uade ꝛ corripe eum inter te ꝛ ip̃m solũ: ſm Chryſ. ꝛ Tho. super Mat. Aut peccatum ꝓximi est publicuꝫ: aut occultum. Si publicũ: publice est arguendũ. Unde el nostro roman apostolo. i. ad Thimo. v. Peccantem coram oĩbus argue: vt ceteri timorem habeant. Aut est secretũ tunc habet locum correctio fraterna que est actus charitatis: q̃ debꝫ fieri in loco secreto. Corripe eum

UVA. BHSC. IyR_237

inter te ⁊ ip̄m solū. Non immerito quia sup oīa bona est fama in populo. Juxta illud. Meli⁹ est nomē bonū q̄ diuitie multe. Ideo secrete peccatū ꝓximi corrigēdum est: ne si rep̄bendat̄ in publico efficiatur īuerecūdus. ⁊ ꝑ ꝯn̄s lesa fama sua a peccato non se corrigat. Un̄ dicit̄. Si peccauerit ⁊c. Secūdum documentū est de p̄latoꝝ dignitate: cum subdit. Amen dico vobis. quecūq; alligaueritis sup terram erunt li. ⁊ in celo: quia sc̄z pōt celū aperire sacerdos pctōri penitēti. Mat. xvi. Tibi dabo claues regni celoꝝ. Et Job. xx. Accipite sp̄m̄sanctū: quoꝝ remiserit̄ pctā remittūt̄ eis: ⁊ quoꝝ retinuerit̄ retēta sunt. ¶ Tertiū documentū de or̄onis vtilitate: cum dicit. Dico vobis: quia si duo ex vobis cōsenserint: scilz in animo offensam sibi inuicē remittendo. De omni re quam petierint fiet illis a p̄re meo. Quia or̄o non est accepta coram deo: si teneat̄ cōtra fratrem odiuz in animo. Unde subditur. Ubi duo vl' tres fuerint cōgregati in nomine meo. i. in charitate vniti in medio eoruz sum. sic acquiescendo bone volūtati eorū et petitioni. Nota in v̄bo in medio eorum sum. s̄m pb̄m. ij. Phis. Uirtus in medio consistit. In eodem. Mediū in omnibus est laudabile Poeta. Mediū tenuere beati. xp̄s in oībus tenuit mediū. Nā in natiuitate stetit in medio duoꝝ aīaliū In morte stetit in medio duoꝝ latronum. Post resurrectionez stetit in medio discipuloꝝ. Lu. vlt̄. Stetit in medio discipuloꝝ suoꝝ. Per hoc nos instruit q̄ in oīb⁹ op̄ibus nostris debem⁹ tenere medium et fugere extrema. Aliter em̄ ip̄a op̄a nō essent v̄tuosa: quia oēs v̄tutes sunt in medio. Uirt⁹ in medio consistit. ¶ Quartū q̄ īiurias semp̄ dimittere debem⁹. Accedēs petr⁹ ad xp̄z dixit. Dn̄e quotiēs peccabit in me frater meus: dimittam ei vsq; septies. Resdōdit iesus. Non solū septies: sz vsq; septuagesies septies. i. totiēs quotiēs. Ponit̄ nūer⁹ determīat⁹ ꝓ indetermīato. Hier̄. Septuagies septies. i. q̄dringent̄ nonaginta vicib⁹. Sen̄. Si magna nim⁹ fueris: nunq̄ reputabis tibi iniuriā fieri. Applica. De nec̄itate ꝯfessionis erit sermo. De qua duo sunt videnda mysteria.

¶ Primū d̄r necessitatis.

Scd̄m d̄r temporalitatis.

Circa p̄mū. Querit̄ dubiū Utrū homī sit necessaria vocalis confessio ad salutē. Ad qd̄ duplex fuit opinio. Una dicit q̄ nō. Que ꝓbat ītētuz suū triplici medio. Que positio fuit grecoꝝ: ⁊ quorūdā hereticoꝝ. Primū ē tale. Si necessariū esset hoī cōfiteri sacerdoti: hoc nō esset nisi ad taxandū sibi pn̄iaz de pctis: sed homo pōt sufficient̄ sibi pn̄iaz taxare: igit̄ vocalis cōfes. ⁊c. ¶ Secūdū est tale Nullus tenetur manifestare inhonesta corpis sui: multo min⁹ inhonesta aīe que sūt pctā. ff. de ꝯdi. ob turpē cām. l. ij. ⁊. C. de iureiurādo. l. i. ⁊. ij. vbi d̄r. Nō dz aliq̄s allegare turpitudinē suā: igit̄ ⁊c. ¶ Tertiū est tale. Confessio est necessaria ad remissionez

UVA. BHSC. IyR_237

culpe. Sed aliq̄b⁹ pctm̄ remissum est sine hoc ꝙ cōfessi ligant̄: vt pz de Petro Paulo: de dep̄hēsa ī adulterio. d̄ magdalena: ⁊ plurib⁹ alijs a q̄bus xp̄s nullā exegit ꝯfessionē ⁊ tñ pctā remisit vt daret̄ intelligi pctā esse dimittēda sine ꝯfessione: igit̄ cōfessio vocalis ⁊c. ¶ Secūda opinio dicit ꝙ sic. Jaco. v. Cōfitemini alterutrū pctā vr̄a. Ad quaz difficultatem theologi in. iiij. dist. xvij. ⁊ omnes canoniste respōdent ꝙ confessio vocalis necessaria est homini ad salutez. Quod ꝓbatur triplici ratione

¶ Primo rōne preceptionis.

¶ Scd̄o rōne auctoritatis.

¶ Tertio rōne exemplaritatis.

¶ Primo rōne ⁊c. Ex quītuplici lege p̄ceptū est. Primo legis naturalis. Una est maxima theologoꝝ: ꝙ homo cōpositus est ex corpe ⁊ aīa Ex pte corpis est mlt̄ū labilis ad peccandū: i. Jo. iij. Si dixerim⁹: qꝛ pctm̄ nō habemus: ipsi nos seducimus ⁊ veritas in nobis non est. Et. xij. q. i. ca. Oīs etas ad malum ꝓna est ab adolescētia sua. Ita fragilis vt dicit Tho. in. iiij. dist. xij. ꝙ homo diu nō potest esse sine veniali. Ad ꝓpositū. Rō naturalis dictat vt post pctm̄ sit male contētus se recognoscēdo ⁊ veniā petēdo. Hec aūt recognitio: dicūt doctores: hec est ꝯfessio mētalis: quam faciebāt antiqui post pctm̄. Et quia deus ante incarnationē erat spūs. Job. iij. Deus spūs est. Ideo erat ꝯtent⁹ mentali cōfessione nec plus exigebat. Sed postq̄ factus est hō: confessionez oris a nobis exigit. Et qꝛ presens nō est corporalr̄ nobiscuz vult vt eam faciamus suo vicario s. sacerdoti. De quo Mat. viij. Vade ostēde te sacerdoti. s. cōfessori. Que cōfessio fuit figurata in terrestri paradiso. Gen̄. iij. quādo dictū fuit ade. Adam vbi es? q. d. Confitere reatum tuū. Sup quo Augu. Adam vbi es? Verba sunt increpātis ⁊ ad confessionē cogentis: non ignorantis. Ille. Unde constat: ꝙ loquit̄ de confessione vocali ⁊ mētali fienda ipsi deo. Primo vocali: quia tūc deus nō homo vocaliter loquebat̄ ipsi Ade. Ubi es? Unde ab illo loco fuit data cōfessio. Secundo mētali: vt in seip̄o adā esset male cōtentus. Ex hoc dicit Tho. iiij. dis. xvij. ꝙ confessio est de iure naturali. ⁊ Scotus in. iiij. eadē di. q. vnica. ꝙ confessio est de iure diuino. Ex hoc papa nō pōt dispensare sup hac. ⁊ conoñ. extra de pe. ⁊ re. c. Omnis vtriusq̄. ꝙ cōfessio est de iure positiuo. Uñ Tho. quolibet. iiij. q. x. hoc mirabile dicit. Indubitāter tenendū est ꝙ cōfessio est de iure diuino: ⁊ semper homines tenebantur ad eam post casum in peccato mortali in voto: sz non in effectu: quia nondum erāt instituti ꝯfessores: nisi post passionez xp̄i: qui haberēt absoluēdi auctoritatē. Ille. Unde ptz p̄ma lex.

¶ Scd̄o de p̄cepto legis mosaycalis: que in sacrificijs ⁊ oblatōibus animaliū figurabat cōfessionem. In Leuit. iij. ⁊. iiij. c. d̄r: ꝙ ꝑcussus lepra debebat se sacerdoti p̄sentare: ⁊ ille modū lepre cōsiderabat. Si videbat leprā incurabilem: im

UVA. BHSC. IyR_237

mundū iudicabat: ⁊ a ceteris separandū. Si aūt videbat babilē correctionē, mundū iudicabat⁊ libere dimittebat. Hoc ꝓpriū babz agere sacerdos i lege noua spūal⁹: circa pctōrem. Qui si videt pctōrē non cōritū ipm expellit. Sed si dolet absoluit. Unde ex hoc alīq ex hebreis bene perīt, asserunt: q dñs reprūit sacerdotē de leuitico genere: qō tm difficile est discernere: pctā sua ei vocal⁹ ꝓfitent: sicut ⁊ nos aīm morte. ¶ Tertō ex ꝓcepto legis, ꝓbetalis. Prou. xxviij. Qui absc̄odit scelera sua nō diriget: qui aūt ꝓfessus fuerit i̇ueniet gr̄am. Et Esa. xviij Sume cythar̄a. s. cōfessionis inūt de⁹: frequēta cātū: meretrix tradita oblioni. ¶ Quarto legis euangelicalis. Scribit Lu. xvij. de decē leprosis a xp̄o mūdat. Qui clamabant. Jesu fili dā⁹ ⁊c. Quibus dixit Jte oñdite vos sacerdotib⁹. Eūdo aūt mūdati sunt ad i̇mūdū: q le pra peccati mūdatur ostendendo se sacerdoti in ꝓfessione. Preterea Luc. iij. 6r q qui baptizabant a Johanne confitebant ei pctā sua: vt dicit Tho. in. iiij. di. i. Baptism⁹ Johānis nō erat sacramētū eccl̄ie. ꝙ ꝓis nec purgatiuū pctōr. erat tm dispositiuū ad pniaz. vt etiā p⁹ de conse. dist. iiij. c. Aliud. Quāto magis tenent nūc xp̄iani ad veruz sacramentū cōfessionis. Quā pmulgauit Jacobus apostolus: vt patz Jaco. v. di. Cōfitemini alterutruz peccata vestra. s. habētib⁹ claues eccl̄esie. Quibus xp̄s dedit auctoritatē absoluēdi in psona oīm. Jo. penul. Quoz̄ remiseritis peccata remittunt eis: ⁊ quoz̄ retinueritis retenta sunt. O dignitas sacerdotum confessoz̄. ¶ Quinto de precepto legis canonicalis. de pe. dis. i. ca. Serpens. Venalis est culpa. i. digna venia: quā seq̄tur confessio delictoz̄. In eadē dist. Non meruit iustificari q̄ pctā sua noluit ꝓfiteri Sed querit aia chara. Utrū ego ⁊ apl̄i ꝓfiterēt. Cōfessio: pctīs ꝓsupponit. In maria nō fuit peccatū: nec cōfessio. Respōdet Ric. in. iiij. dist. iiij. ar. iij. ⁊ Alber. sup. Missus est. Nō apostoli ⁊ Johannes bap. confitebant: licz non legamus vbi aut quādo. De maria aūt dic q Johanni euangeliste confitebatur ex humilitate: a quo oīa ecclesie sacramenta accepit. Cui dicebat. O mi Johānes non sum digna tanto filio. Non sum digna vocari mater dei: quia non recognosco filij mei beneficia: nec recognosceret. Unde p⁹ ꝓma ratio ꝓncipalis. ¶ Secūdo rōne ⁊c. Extra de pe. ⁊ re. c. Omnis. Omis vtriusq; sex⁹ postq̄ ad annos discretionis puenerit oia pctā sua tenetur: ꝓprio sacerdoti confiteri. Ille. In quibus verbis quattuor ponunt difficultates. Prima est. Qui dicunt anni discretiōis. Circa hoc quattuor sunt opiniōes. Una est Ric. in. iiij. ⁊ Sco. in. iiij. q annus discretionis ꝓ: cuz ꝙs est doli capax: ⁊ cognoscit pctm̄. Cuius signū est: qñ bene interrogāti ordinatas rōnes. Et in hoc tempe tenet cōfiteri. Opinio est aliorum q annus discretōis intelligit in muliere anno. xij. in viro. xiij. In quo tempore obligatur ad cōfessiones

UVA. BHSC. IyR_237

¶ Primo ratione ꝛc. Conclusio est phi in.ij.de aīa. Qđ creatura quāto est nobilioris nature: tāto pena in eā inflicta est maior. Exēpli gratia. De pena rustici. ꝛ ciuis. In eodem genere penarū. plꝰ cruciatur ciuis rōne nobilioris nature: q̄ rusticus. Sicut etiam pz de ingenio nobil' nature. Uñ phs in.ij.de aīa. Molles carne: aptos mēte dicimꝰ duros v̄o ineptos. Uñ theo. dū ꝓbāt xp̄i passionē excedisse passiōez oīm martyr. Int' alias rōnes. hāc adducūt: vt ponit. Tho.3.parte.q lxvi. Quia fuit nobilioris nature sup oīs creaturas. Unde Dauid. Speciosus forma pre filijs ꝛc. Uñ dicit Alber. Quod si xp̄s nō fuisset mortuꝰ morte violēta a iudeis iaz ꝑ multos annos vixisset et excedisset etatē illoꝝ patrū ꝓpter naturā eiꝰ bene cōplexionatā. Tandē mortuus esset: cū et ipse esset mortalis Ad ꝓpositū. Aīa est nobilior oībꝰ rebꝰ mūdi. Precedit nobilitatē corporū celestiū. lune. mercurij. veneris. solis. ꝛ hmōi. Uñ phs. vi. Pol. Aīa est nobilior corpore ꝛ omī possessione In.xvij.de aīalibꝰ. Aīa est nobilior omni corpore. Et.§.fi.E. de sacrosan. eccle. Anima cūctis rebus mūdi preferenda est. Quāuis peccator ipsaz vituperet. Cū ergo sit nobilior: igit' est mgis passibil'. Seq̄tur q̄ pena in ipsam inflicta: sit maxima penarū. Cū sit a corpore sepata. ꝛ ī igne posita terribili. Preterea ad idē. Tho.i.iiij.dis.xxi. Pena quāto vniuersalior est. tāto maior. Sed aīa separata a corpore est nuda, ideo tota punitur cuz sit simplex et indiuisibilis. Uulnera quēpiā armatū: minus timebit q̄ si nō eēt armatꝰ. Preterea ferias illū q̄ est indutꝰ vestibꝰ: minꝰ sentiet: q̄ si esset nudus. Sed ferias ip̄m nuduz: heu me: erit pena. Ad ꝓpositū aīa a corpore sepata est nuda et simplex in fornace ignis. Ideo cū tota puniat': ideo erit maior pena. Sic de aīa est: q̄ est ī purgatorio. ¶ Scđo rōne ꝛc. Cōclusio est Tho.in.iiij.di.xxi. Et Bona.in iiij.dist.xviij. Qđ ignis purgatorij est vnusmet cuz igne inferni. Sed in hoc abinuicē differūt. Qr ignis purgatorij nō est eternꝰ quo ad officiū: qr non hz ibi in eternū stare: cū aīe purgatorij habeant inde exire: sz bene est eternꝰ quo ad substāstātiā. Ad ꝓpositū. Cū ergo ignis inferni sit penosus sup̄ oēs penas huiꝰ mūdi. Qr vt dicit Aug. distat a nostro: sicut ignis materialis a picto in pariete. Sequit' q̄ pena purgatoria sit maxīa penaꝝ. Altiꝰ dico s̄m Tho.in.iij.par.q.xlvi.art. vi. dolor xp̄i ī passiōe fuit maximꝰ et tñ pena purgatoria est tā dura: q̄ excedit dolorē passionis xp̄i. Cōsidera ḡ quā penā quem dolorem q̄tum tormentū ꝛ incendiū patiūtur ille paupercule aīe que sunt incarcerate ꝛ detruse in illo igne purgatorij. In cronica ordinis legit'. Quod quidam frater noster apparuit cuidā amico suo. q̄ erat aduocatus: a quo fuit interrogatꝰ de pena purgatorij? Respondit q̄ si totus mundus ꝛ oīa visibilia in eo arderent: nō possent equiparari pene et ardori purgatorij. Unde

UVA. BHSC. IyR_237

patet scda ratio. ¶ Tertio rōne ꝛc. Cōclusio pbi est in. ij. et. iij. Topi. Qd quāto aliqd bonū ē magis desideratū: tāto ei⁹ absentia est molestior ꝛ durior. Prouer. xiij. Spes q̄ differt̄ affligit aīam. Sed nullum bonū ita ardēti⁹ desiderat̄ ab aīa sepata a corpe: vt videre deū suuz creatorē suū. Igit̄ absentia ei⁹ est maxima penarū. Anima in hoc mūdo existēs cum corpore vnita: ieiunat vigilat ad eccl'iam pgit. Et qꝛ affectus aīe intensior est post hāc vitā q̄ in pñti: qꝛ est a corpore proprio sepata. Et cuz tēpus aduenit quo deberet eo frui: cum tardat̄ a suo desiderio: ex hac tardatiōe maxime cruciat̄. Magnū fuit desideriū regine Sabbe faciē Salomonis cernere. Magnū Jacob: videre Joseph. Magnū simeonis videre xp̄m in templo. Sed maximum aīe videre regem glorie. O leticia ppetua. O gaudiū indeficiēs. Cuz ergo priuet̄ hoc bono: ideo maxīe cruciat̄. Unde Aug. in lib. de vera et falsa pnīa. Et a canonistis. dist. xxv. c. vlt̄. Et de pe. di. vij. c. Null⁹ expectet. Qui in aliud scl'm fructū distulit cōuersionis: prius purgādus est igne purgatiōis. Hic autē ignis ꝛ si nō sit etern⁹: miro tamen modo grauis est. Excellit em̄ oēm penā quā vnq̄ passus est aliq̄s in hac vita. Nunq̄ em̄ in hac vita tāta ē pena: licet īnumerabilia martyres passi sint tormēta: tāta tamē nō sustinuerunt supplicia. Ille. O socie intelligis me. Cōtra eos qui dicūt. O pater detis mihi paucam penitētiā. Non sic: qꝛ facies in alia vita. Exemplo grego. qui ꝑ Traiano orauit: angelus dixit ei. Duorū tibi optio datur. Aut duob⁹ dieb⁹ cruciaberis in purgatorio: aut infirmaberis diu. Scdm tenuit. In epl'a dicit tot podagris: tātisq̄ doloribꝰ p̄mor: vt vita mea mihi pena sit. Uñ ptz primū.

Secundū prīcipale dicitur ꝛc. Tho. in. iiij. dist. xlv. argu. ij. Cum Grego. in. iiij. dya. A canonistis. xiij. q. ix. c. Aīe defūctorum q̄ttuor modis soluuntur. Aut oblatiouib⁹ sacerdotū: aut p̄cibus sanctoꝝ: aut caroꝝ epistolis: aut ieiunio cognatoruz. ¶ Primo orationibus subleuant̄. ij. Machab. xij. Sancta ꝛ salubris est cogitatio ꝑ defunctis exorare vt a pctis soluātur. Et Leui. xiiij. Orabit ꝑ eo sacerdos et mūdabit̄. Exēplo patet Greg. in. iiij. dya. de Pascasio dyacono ecclesie romane. Quia pretulit quendaz in papā ex errore: qui nō erat verus papa. Episcop⁹ quidam German⁹ capuan⁹ post eius mortē ad balnea iuit: repperit eū ibi in aqua clamātem. O pater adiuua me. Quis es tu? Ego sum pascasij dyaconi anima ꝛc. Roga pro me. Episcopus autem orans ꝑ eo fuit liberat⁹. Nota ꝟm Tho. in. iiij. di. xxi. Qd locus purgatorij est duplex. Unus est ꝟm legem communem: qui est vicinus inferno: alius est ꝟm dispensationem diuinam. Et sic quādoq̄ ī diuersis locis aliqui puniunt̄: vt in domo ꝓpria: in agro: in aquis. Et hoc fit triplici rōne, vel ad instructionem viuoꝝ

UVA. BHSC. IyR_237

vt bene agant: vel ad subuentionē mortuoꝝ vt adiuuēt eos: vt patet hic de Pascasio: q̄ in h̄ balneo suū habuit purgatoriū. Unde qñ audiuntur voces in domib⁹: vel alijs locis: nō credant̄: spūs maligni: sz aīe parentū nostroꝝ. Sed q̄rit aīa cara. Que sunt he orōnes. Rñdeo ꝙ est Pater noster. Aue maria. et p̄s. i. ¶ Scd̄us mod⁹ est elemosinarum largitio. A canonistis. xiij. q. ij. c. Tēpus. Neq̄ negāduz est aīas defunctoꝝ pietate suoꝝ vcuētium releuari: cum pro illis elemosine fiūt in eccl̄ia. Ille. Et Tob. ix. Elemosina a morte liberat: ⁊ facit īuenire vitam eternam. Et ecclesia canit. Sicut aqua extiuguit ignem: ita elemosina extinguit peccatū. i. penam debitaz ꝑ peccatis. Et talis purgatio fit in purgatorio. Qñ ergo vides pauperez: recordare aīa patris matris amici forte adhuc esse in purgatorio. Ideo porrige illi panē: vinū. denariū: vel vestimētum: ferculū: vl̄ candelā: ⁊ similia. Exemplo patet. Cum quidā foderet in monte ꝑ metallo querendo oppressus ē. Uxor ei⁹ singulis diebus vsq̄ ad caput anni excepta die vna: detulit panē: vas vini: ⁊ candelam. In fine anni: boīes fodientes in eodē loco dicēs. O socij plane: inuenere ip̄m sanuz. Retulit ꝙ elemosina sue vxoris, dabatur sibi per angelum quotidie cum illa cādela. Unde patet de elemosina. Sed nota ꝙ duplex est elemosina que potest fieri ꝑ defunctis. Prīa vt de tuo in speciali pauperibus erogetur. Scd̄a vt testamēta condita reddātur. De prima Tob. iiij. Ex tua substantia: fac elemosinā. Scd̄a de testamētis. Cōcludit Iohannes neapolitanus in suo quolibet: de executione testamētoꝝ: ꝙ heredes vel executores testamentorū: q̄ differūt notabil̄r exequi legata ad pias causas: ex negligētia vel auaricia: peccant mortaliter. Qd̄ ꝓbat plurib⁹ rōnibus. Primo rōne damni. Si videres aliquē in fornace ignis ardētem: ⁊ nolles illum liberare dum posses, maxime ip̄o postulāte instāter: vtiq̄ mortaliter peccares. Qr tūc directe ageres cōtra charitatem ꝓximi. Sed tu vides animam patris ⁊ matris tue ⁊ amicorū clamantem dicens. Miseremini ⁊c. Cuius heres vel executores: ardere ⁊ cruciari ī igne purgatorij. Extrahe me inq̄t. O fili: ⁊ nō vis adiuuare. Igit̄ ⁊c. Secundo rōne excōicationis. Nullus dz excōicari: nisi pro mortali tales mandant̄ excōmunicari: vt patet xxv. q. ij. Qui oblatiōes defunctorū: aut ecclesijs negāt aut difficulter reddūt: tāq̄ egentiū necatores excōicent̄. Tertio rōne dānationis Null⁹ damnat̄: nisi ꝑ mortali: non soluētes legata mortuoꝝ dānant̄. Igitur mortal̄r peccāt. Exempluz sup̄ hoc. Quidā miles ī bello Karoli magni cū mauris pugnatur⁹ rogauit cognatū suum: vt si in bello moreret̄: equū suū vēderet: ⁊ pauperib⁹ p̄ciū daret. Quo mortuo cū equ⁹ eēt sibi g̃t⁹ dare distulit. Post modicū tp̄is appuit sibi. di. O cognate mi ꝓpt̄ te fui ī purgatorio vsq̄ nūc: qd̄ nō fuissem si equū dedis-

UVA. BHSC. IyR_237

fes ꝑ me: qꝛ nõ fecisti: hodie aĩam tuã demones portabũt ad infernũ qđ ⁊ factũ est. O tenaces. o crudeles q̃ differũt soluer̃ bõa ⁊c. ¶ Tertius mod⁹ q̃ liberãt̃ est ĩ corp̃is maceratiõe in ieiunijs: orõnib⁹: in visitatiõib⁹ eccl'aꝝ. Figura. Nee. p̃mo. ꝙ neemias luxit ⁊ ieiunauit multꝫ diebus ꝑ filijs captiuatis in babylonia: ⁊ sic liberati fuere moralit̃. Et lachrymis ⁊ abstinẽtijs liberãtur aĩe ille. Boni filij ⁊ filie sepe affligunt corpa sua ad subueniẽduꝫ paupib⁹. Modo disciplinãdo corpus: mõ ieiunando: modo visitando eccl'as. Uñ dñicus dabat sibi oĩ die tres disciplinas. Unã ꝑ se: aliã ꝑ mundi pctõribus: tertiam ꝑ aĩabus purgatorij. O pater mire charitatis: q̃s talia audiuit. ¶ Quart⁹ mod⁹ est sacrificiũ misse. Et plus ꝑsunt defunctis misse: ꝙ oĩa alia bona: qꝛ offert̃ ille q̃ est ver⁹ de⁹ ⁊ bõ iesus xp̃m. Exẽplũ in cronica ordinis. Frater q̃dã appuit cuidã amico suo eiusdẽ ordĩs post mortez dicens eẽ in purgatorio. Frat̃ aũt in mane ꝑ eo missam celebrãs: ĩ manu hostiã hñs: sic locut⁹ ẽ. Dñe iesu si rex soldan⁹ teneret aliquẽ ĩ carcere ꝑ suis defectib⁹ ⁊ camerari⁹ ei⁹ q̃ ei ꝑuisset. xx. annos ip̃m rogaret ꝑ eo. Nunq̃d negaret ei. Nõ. Ita ⁊ tu dona mihi illñ. In nocte sequenti p⁹ matutꝫ. vidit ip̃m ad ꝑadisũ ire rõne misse. Aliud exẽplum monachi Justi q̃ rept⁹ ꝓprietari⁹: fuit sepult⁹ in sterq̃linio: ad iussuꝫ greg. qꝛ vt d̃r extra de sta. mo. c. sup q̃dã Monachus q̃ repit̃ ꝓprietari⁹ in sterq̃linio dꝫ sepeliri. glo. lꝫ bñ moriat̃: ad exẽplum aliorũ. In capite xxx. dieꝝ missis celebratis ad celũ volauit. pretea piscatores ep̃i theobaldi ceperũt frustruꝫ glaciei loco piscium. In q̃ erat aĩa quedã qđ detulerũt ep̃o suo q̃ erat podagrosus ⁊ posuit sub pedib⁹ estiuo tp̃e ad se refrigerãdũ. Clamauit ille. Ora ꝑ me in missis. Quis es tu? Rñdit sum aĩa vna q̃ hic pniam expleo meã. In capite. xxx. missaꝝ facta ẽ libera. Pro q̃libet missa liberant̃ plures aĩe. ¶ Quintus mod⁹ additur: est indulgentiaꝝ frequentatio. Qñ exp̃mit̃ ĩ bulla ꝙ valeãt in purgatorio exñtib⁹: in q̃b⁹ ꝟbis. pono hic tres ꝯclusiones. Prima ꝯclusio hec est. Aĩe ĩ purgatorio sciũt bona q̃ faciũt ꝑ eis amici sui q̃ttuor modis. ꝟm Aug. in li. de pnĩa. Primo ꝑ diuinã ĩspirationẽ. scđo ꝑ ãgeloꝝ reuelationẽ. tertio ꝑ moriẽtiũ delationẽ. q̃rto ꝑ penaꝝ alleuiationem. ¶ Scđa ꝯclusio ẽ hec: suffragia facta ꝑ vno in spãli: ꝑsunt alijs q̃b⁹ nõ sunt facte: sꝫ pl⁹ illi ꝑ quo facta ꝙ alijs: tñ oẽs ꝑticipant. Exempli gr̃a. Unus tenet candelã: lꝫ luceat magistro: tñ oẽs gaudẽt. ¶ Tertia conclusio hec est. Suffragia ꝑ illo q̃ est in mortali: redeunt illi q̃ facit p̃s. Orõ mea ⁊c. Et sic pꝫ ꝟm p̃ncipale mysteriũ. De subleuatione.

Tertiũ d̃r ⁊c. Inducit̃ homo triplici rõe adiuuare aĩas illas in purgatorio.

¶ Primo rõne legalitatis.
¶ Secundo rõne debilitatis.
¶ Tertio rõne penalitatis.
¶ Primo ratiõe ⁊c. Quintuplex est lex q̃ clamat: vt amico subueniat̃

UVA. BHSC. IyR_237

Prima est lex nature: de qua Luc. x. Prout vult faciāt vobis hoīes ⁊ vos facite illis. Si esses in camīo ignis: velles inde extrahi. Immo pater. Et tu fac similiter. Aīa pr̄is tui est in purgatorio ⁊c. Secunda lex ē scripture. Tob. iiij. Noli auertere faciem tuaz ab vllo paupere: qui in purgatorio sunt: vere pauperes possunt dici: qꝛ nudi iuuare se nō possunt. Tertia lex est amicitie: que dicit Prouerb. xvij. Omni tēpore diligit qui amicus est. Ante mortē: in morte: post mortē. Si vere diligis patrem aut matrē ipsos adiuua ⁊c. Quarta lex est iusticie: que reddit vnicuiq; quod suuz est. Rom̄. xiij. Reddite oībus debita. Math. xviij. Redde qđ debes pr̄i ⁊ matri qui ꝓ te fecerunt tot ⁊ tanta Quinta lex est gratie que dicit per apl'm. Gal. vi. Alter alterius onera portate: sed heu: quia parum fit ¶ Scđo rōne ⁊c. Qꝛ sunt debiles nec se iuuare possunt nec mereri: qꝛ sunt extra statū merēdi. Jo. iiij. Uenit nox: qñ nemo pōt operari. Nox hec: est locus purgatorij: vbi nemo pōt se iuuare. Debilitas ista figurata ē. Mat. viij. De seruo centurionis: qui grauiter infirm⁹ torquebatur in lectulo: et se mouere nō poterat. Per seruū designat̄ defunct⁹ qui torquet̄ ab igne purgatorij vbi nō pōt se iuuare. ¶ Tertio rōne ⁊c. Quia penis horribilib⁹ torquentur. Si q̄s posset ire ad purgatoriuz: ꝓfecto audiret voces clamantes. Audirentur patres ⁊ matres di. O filij ingrati quib⁹ bona nostra dimisimus: subuenite miserijs nostris. Audirentur viri: suas vxores clamantes. O vxores iniq̄ in q̄bus cōfidentiā habētes bona nostra dimisimus: subuenite nobis miseris. Audirētur alij clamantes O cōmissarij. O executores testamentoꝝ: expedite fideliter que vobis cōmisimus. Miseremini mei: saltē vos amici. O fili respice oculo mētali ⁊ cogita aīam patris tui clamātis. Adiuua me. Recordare ꝙ a me habes esse: a me habes nutrimentū a me possessiones: a me pecuniam: a me domuz. Et mater dicit. Recordare fili mi: ꝙ lacte te paui: ego tersi immundicias tuas te portaui in vtero meo: cū dolore peperi: mihi sepe abstuli bolū vt illum tibi darē: multas afflictiones ꝓ te sustinui. Uide fili mi: qꝛ crucior in hac flāma. O filij. O filie quō crudeles estis effecti: quot sudores sustinui. Nōne videtis quō crucior Heu me: qꝛ totus vror. Heu me: qꝛ comburor. Ha filie mee. Ha amici mei. Ha q̄d facitis. Clamant itaq; estuātes ⁊ afflicti inestimabili pena.

¶ Feria. v. ebdomade. iiij. de viduitate.

Et hec vidua erat. Lu. vi. Ciuitas naym est parua ſm ꝙ nicolaus de lyra: q̄ est in galilea ꝓpe mōtem Thabor Defunctus efferebatur ad sepeliēdum filius vidue. Antiquitus loca sepulture erant extra ciuitates ne ex cadaueribus inficeretur habitatio ciuitatis. Efferebat̄ ergo filius

UVA. BHSC. IyR_237

vnicus matris sue. Et hec vidua erat ⁊ turba ciuitatis cũ illa. Quã cum vidisset misericordia motus super eã. Queritur quare nõ dicitur tale verbuz sup alijs mortuis xpo resuscitatis misericordia motus? Respõdeo ꝟm Nicolaum. Et Glo. ꝙ misericordia motus est: quadruplici de causa.

¶ Prima: qꝛ mulier.

¶ Secunda: qꝛ mater.

¶ Tertia: q vnicus filius.

¶ Quarta: qꝛ vidua.

¶ Primo qꝛ ⁊c. Uñ flebat. Naturaliter em̃ mulieres magis cõpatiũtur ꝙ viri: qꝛ habẽt animũ magis mollẽ. Unde mulier dr̃ quasi mollier. Ideo in omni genere aĩaliũ femine sunt molliores ꝙ viri: preter vrsum ⁊ leopardã. Mulier em̃ est naturaliter frigida ⁊ humida: ideo est magis passibilis. Uir naturalr̃ est calid⁹ ⁊ siccus: iõ nec sic de facili compatit̃. Ideo de filij morte vl̃ ei⁹ aduersitate mater dolet magis ꝙ pater. Ex eo ꝙ est magis mollis ⁊ magis cõpassibilis. In filij autez honore ⁊ sublimitate: pr̃ naturalr̃ plus gaudet ꝙ mater: qꝛ mag̃ magnanimus est. Scdo causabat̃ ei dolor ex eo ꝙ mater erat. Naturaliter em̃ mater pl⁹ diligit filiũ ꝙ pr̃ ideo plus dolet de ei⁹ morte. Quare mater plus filiũ diligat ꝙ pater tres sũt cãe. Pria qꝛ mr̃ pl⁹ laborat ꝙ pr̃ circa filios: tã in portãdo ꝙ ĩ pturiẽdo: ꝙ ẽt deducãdo Tob. iiij. Memor em̃ esse debes que ⁊ ꝙta picula passa sit ꝓpter te in vtero suo. ¶ Scda cã: qꝛ illã rẽ plus diligimus ꝙ certitudinaliter nostram esse scim⁹. Mater aũt ꝓ certo scit ꝙ filiũ de se generauit. Pater autẽ si credit: nõ tñ certus est. ¶ Tertia rõ qꝛ illã rem plus diligimus in q̃ scim⁹ plus iuris nos habere. Mater aũt habet maius ius in corpore filij ꝙ pater: qꝛ ꝟm pb̃m plus ẽ ibi de substantia matris ꝙ patris. Addit archieps in prima pte. Tanto amor est maior ꝙ todiuturnior. Sz matris ad filiũ ẽ diuturnior: ꝙ patris. Nam subito quando nascitur incipit euz nutrire: vigilare: lachrymas audire die noctuq; ⁊c.

¶ Tertio qꝛ vnicus fili⁹. Si habuisset alios nõ tm̃ doluisset de vnico filio. Iere. vi. Luctuz vnigeniti fac tibi planctum amarum. ¶ Quarto qꝛ erat vidua. Uidue sepe decipiũtur: qꝛ sunt sine viro. Isa. i. Defendite viduam. In quo euãgelio de viduitate predicabimus. De qua tria sunt videnda.

¶ Primum dicit̃ obseruationis.

¶ Scdm dicit̃ cõmendationis.

¶ Tertium dicit̃ regulationis.

Circa primũ. Queritur dubiũ. Utrũ meli⁹ sit post primũ maritũ ꝟuare viduitatẽ ꝙ trãsire ⁊ celebrare secũdas nuptias

¶ Circa h̃ fuere due opiniões. Una ꝙ sic. Alia ꝙ nõ. Prima dicit ꝙ sic qꝛ mulier est in piculo infamie et cadere põt cum sit priuata ꝯsortio viri. Eccl'astes. iiij. Ue soli. Et idez Unus quomodo calefiet. Idẽ. Si vnus cecidit ab alio fulciet̃. Alia opinio dicit ꝙ non. Quia est magis libera ad seruiendum deo: ⁊ amare illum. Que conclusio proba

UVA. BHSC. IyR_237

tur triplici ratione.
¶ Primo ratione castitatis.
¶ Secundo rōne charitatis.
¶ Tertio ratione libertatis.
¶ Primo ꝛc. Una est maxīa theolo
goruz: qđ inter oīa bona mulieris:
maximū est honestas corpis. Eccl.
xxxvi. Nō est ꝯdigna pōderatio illi
us. Prouer. xij. Qui diligit cordis
mundiciā: diliget a dño. Quā. s. re
quirit deꝰ a creatura. Lactā. vi. c. i.
Nihil em̄ sctā ꝛ singularis illa ma
iestas aliud ab hoīe desiderat q̄ so
lam innocentiā; quā si q̄s abstule
rit deo satis pie religioseq̄ litabit.
Uidua em̄ tenet gradū mediū: int̄
virginitatē ꝛ matrimoniū: vt pz in
glo. sup verbo ꝯtinentes. De sum.
tri. ꝛ fi. ca. Uñ mulier q̄ post mortē
primi viri vult secūduz: ostendit si
gnum incōtinentie proprie carnis
Ideo apl's de his incōtinentibꝰ vi
duis. i. Thi. v. Uiduas deuita. scz
luxuriosas. Cum em̄ luxuriate fue
rint: in xp̄o nubere volunt. Iō Hie
ro. i. Cōtra Ioui. dicit. Felix ꝛ pu
dica mulier: nūq̄ p̄ter semel nubit
Iō Uale. li. ij. de romanis mulieri
bus dicit. Qđ ille q̄ erāt ꝯtēte vno
matrimonio corona lauri in signū
pudicitie coronabantur. Ad hanc
seruandā inducunt̄ vidue. Exēplo
Turturis que vt dicit pb̄s de natu
ris rer̄: amisso compari suo stat in
nido gemēdo: nō discurrit ꝛ nunq̄
alteri sociat̄. Uñ amb. in Exa. Di
scite mulieres: q̄ta sit gratia vidui
tatis que etiā in auibus predicat̄.
Sz nota q̄ nō ob hoc dānant̄ scđe
nuptie aut tertie qñ sunt licite: qr
vt dicit Tho. in. iiij. dist. xlij. Et Pe
trus de Pal. Qđ post mortē cōiu
gum viri aut mulieris tollit̄ impe
dimentuz primi matrimonij: ita q̄
si q̄s suscitaret̄ a mortuis: non am
plius redire posset ad vxorē viuē
tem: qr nō eēt sua nec ille vir suꝰ ni
si denuo ꝯherent matrimoniū. Uñ
Lazarus resuscitatus nō potuit re
dire ad pristinā vxorez: nisi iter̄ fir
mato matrimonio. Ideo apl's. ij.
Cor. vij. Si dormierit vir liberata
est mulier a lege viri cui vult nu
bat tm̄ in dño. Sequit̄ ꝓpositum
Beatior tñ erit si ꝑmanserit s̄m cō
siliū meū. s. sine viduitate: qr talis
obtinet honorem apud mortales.
Ideo Hiero. ad Geruntiam di. Si
mulier scđm maritum ꝑdiderit: so
cietur. ij. ꝛ. iij. Et si ille dormierit ī
quartū quintūq̄ procedat vt nihil
desit quo ad meretricibꝰ differat.
Omni rōne vidue ꝓuidēdū est: ne
castitatis excedat primos limites
Quod ergo dānamus scđa matri
monia. Minime: sed prima lauda
mus. Ille. Quod ostendit in eadē
epl'a ꝑ exēplū illiꝰ romani. Qui ha
buit. xx. vxores. et de muliere que
buit. xxij. viros. Qui ambo copu
lati in matrimonio de q̄bꝰ fuit ma
gna expectatio in populo q̄s prior
portaret̄ ad sepulchrū. Tādē vicit
vir. Et sociādo eā ad sepulchrū no
minabit oēs incipiens a prima. O
katherina. O lucia. O iohāna ꝛc.
Uñ ptz prima rō. ¶ Scđa rōne ꝛc.
Qr mulier signuz maioris amoris
ostēdit ad primū vir̄ non accipere
scđm. Et rō pb̄i. viij. Ethi. Qđ ꝑfe
cta amicitia nō est nisi ad vnū. Et
Eccl. ix. dicit̄ de amico vno: ꝛ p̄mo

UVA. BHSC. IyR_237

Ne derelinquas amicū antiquum nouus eñ nō erit silis illi. Cōiter amor p̄mi viri excedit oēs amores aliorū virorū: vt dulcior ⁊ suauior. Ad ꝓpositū. Mulier q̄ non accipit virum scd̄m: oñdit maiorē charitatē p̄mo. Ad quod inducunt̄ mulieres exemplis paganoꝝ. De q̄bꝰ Hiero. cōtra Iob. scribit primo de Ualeria romana. Cū rogaret̄ accipere scd̄m virū mortuo Seruio viro. Rñdit se hoc facere non posse: qꝛ p̄mus adhuc in mēte viuebat: ⁊ de Martha vnica filia Catonis cū nollet amplius nubere et virū defunctuꝫ fleret: interrogata a patre q̄diu luctꝰ ille duraret. Respōdit q̄diu vixero. Et Ualeriꝰ in. iiij. dicit de Portia filia Catonis q̄ mortuo viro suo Bruto: carbones accēsos comedit: ne superuiueret post mortē mariti. Et de filia Darij Rodogua que occidit nutricē suadentem sibi accipere scd̄m maritum. Et de Arthemisia vxore Mausoli regis Carie que tantū amauit maritum mortuū sicut viuū. Unde in signū amoris fecit tā speciosuꝫ ei sepulchrū: vt vsq̄ nūc oīa speciosa sepulchra vocitent̄ Mausolea. Et de Cicerone ponit Hiero. ꝙ repudiata Terētia: rogatus est ab Hircio sororē suā duceret. Rñdit se nō posse. Non possum inquit ⁊ vxori ⁊ ꝓphetie operā dare. Ideo Hieronymꝰ ponit Athlantā Calydoniā vt semp̄ v̄go esset stetisse in siluis. Et Sybille que decē fuerunt teste Uarrone meruisse diuinationeꝫ in premiū v̄ginitatis. cum quo Tho. iij. dist. xxv. ¶ Tertia ⁊c. Inter alia bona: hoc vnuꝫ est. s. libertas. De iure. ff. de reg. iur. l. Libertas. Instit. Ex quibus causis manumitti nō possunt. §. Sed cum libertas: Et. ff. de fideicōmissis libertatibꝰ. l. Pax. Nil gratiꝰ patrat̄ libertate. Et per oppositu. Nihil est vilius seruitute. In auten. de nup. §. Si v̄o. Seruitus morti equiparatur. Et Cicero de natura deorum. Miserius seruitute: quid possumꝰ excogitare. Et quidaꝫ vulgaris. Soror mea s̄m rationē dixisti veritatē Nil melius potest inueniri q̄ libertate frui. Ad propositum. Uidua hoc bonū habet: ꝙ est libera. Et si vult accipere scd̄m virum exponit se ꝑiculo vt inueniat scd̄m ex̄neuꝫ morosum ⁊ fatuū. Uñ Hiero. pōit s̄. de quadam romana Ania. Cum rogaretur a ꝓpinquo secundo nuberet. Respōdit se nō facturaꝫ: q̄a bonum habuit. Et si secundū acciperet. Aut bonus esset aut malus Si bonus semp̄ timeret amittere. Si malus semper esset in dolore: quia p̄mum bonum habuisset. Et vere sic est. Ad hoc facit exempluꝫ eiusdem Hieronymi: ⁊ viduis consilium. De sancta Melania: que dum fleret virum mortuum nunciata est ei mors duorum filioruꝫ. Ad iesu ꝓuoluta pedes quasi ip̄m teneret arrisit dicens. Expeditius inquit tibi seruitura sum domine: quia tanto me onere liberasti. Ad quod facit exemplum Didonis vidue. Que fuit filia beli filij Fenicis regis Fenicie. Existens puella pulcherrima fuit data in sponsam Sicheo. Mortuo patre qui erat

UVA. BHSC. IyR_237

sacerdos Herculis. Hic Sicheus exñs ditissim⁹ fuit pre auaricia occisus a suo cognato Pigmaleone. Et ablato furti thesauro: ⁊ nesciēs aduersum casuz interuētū marito Sicheo. Querēs cū omni diligētia illū inuenit: cūq; maximo populo se posuit in naui ⁊ deuenit in aphricam: vbi applicata et exñs reqsita compatriot deberet in illa parte habitare ānuit. Et ita venit in hoc federe emere posset tantū terrenū quantū ipa posset circuire cū vno corio taurino. Qd minutissime incidens circūdedit cum ipo grandē quātitatē terreni. In illo ergo edificauit vrbem quā a charta denominauit Carthaginem et sua arte dicta est Birsa. Dum ergo Carthaginem edificasset: ⁊ in ipa regnans in habitu viduali sm pr̄nas leges Jarbas rex Massiliensiū destinauit sibi suos pceres petēs p vxore additis minis belli: nisi annueret. Ubi multū ipsam reginā astringebant debere exequi voluntatē Jarbe: saltem pro salute noue vrbis. Dido ppter suū dilectuz maritum erat disposita omne suppliciū pati q̄ accipere maritū. O fede de vidua. Ubi cepit tps ad rñdendum in quo ipa disponens omnē rem q̄ vtilis esset vrbi. Tandē construxit vnam grandem piram: sup quam dum venisset tēpus rñdendi ipsa fecit poni cineres Sichei sui mariti: et suam vestem: et suum ensem. Postea saliēdo sup illam voluit se suis ciuibus Carthagiuēsibus dicendo. Optimi ciues: vt vultis ad virum meum vado. Et dando sibi de cultello in suo pectore sup̄ cineres mariti cecidit mortua in terra. ⁊ hoc modo cōseruauit suā vidualē pudicitiam. Unde consulo viduis per has rōnes vt in viduitate permaneant. Patet primū.

Ecūdū dr cōmendationis.

s Cōmendabilis reddit̄ stat⁹ triplici ratione.

¶ Primo rōne visitationis.

¶ Scdo rōne acceptionis.

¶ Tertio rōne preceptionis.

¶ Primo ⁊c. Quia deus visitauit illas sepe gratiosissime ex amore speciali. Qd ptz exēplis scripture. Primo de Judith. c. viij. Que habitaculū fecit in domo sua post mortem viri: in quo deuz orabat. Ubi sciendū est cum Nabuchodonosor rex assyriorū expugnasset regē Arpharath. creuit sibi anim⁹ ⁊ deliberauit subiugare impio suo totum orbem. Quapropter accersito holoferne duce sue gētis bellice p̄cepit iret ad bellū: nec parceret alicui regno aut vrbi. Ubi capta cilicia ⁊ Mesopotamia incussoq; grādi terrore mētib⁹ ppl'orū: in modo q̄ quisq; se faciebat illi subiectuz. Audiētes hoc filij isrl' fecerūt grandem preparationē in plano ⁊ montibus. Hoc audiēs holofernes valde iratus dixit. Nullum deum esse fortiorē ī mūdo Nabuchodonosor Unde precepit seruis suis ducerēt eum in Betulliam vrbem isrl'. Audiens popul⁹ vrbis cū lachrymis cepit orare deū. Holofernes interī ordinauit expugnare Betulliam. Erat Bitullie vidua dicta Judith vxor quondā Manasse q̄ dixit po-

UVA. BHSC. IyR_237

pulo oraret. Hec lauit se odorifer aquis vestiuitq; pannis gaudij: sic terraz exijt captaq; est custodibus assyrioꝝ. Petita est q̄ essz respōdit se hebreā fugereq; ruinam terre. ⁊ ob hoc velle alloqui holofernez vt eum doceret viā qua ciuitas caperetur. Uisa illa philocaptus est de illa: i nuitauitq; secuz maneret. At illa. Non possum ne peccem: orauitq; ip̄m liceret sibi ire in camerā suā ad eius libitum. Qd̄ factuz est quarto die sui aduētus fecit holofernes splendidā cenā: iussitq; vni eunucho ingeniaret̄ vt Judith dormiret secuz in nocte. Judith finxit ꝙ sic. Cum aduenisset nox holofernes iuit ebrius dormitum. Judith ip̄i dormiēti caput p̄scidit: sicq; aufugit ⁊ sic liberauit populum dei. Hoc priuilegiū vidue nō cōiugate fuit. Preterea Lu. ij. de anna ꝓphetissa legit̄. ꝙ vsq; ad ānos. lxxxiiij. Uenit que vixerat cū viro suo ānis septē a v̄ginitate sua. Et hec nō discedebat de templo ieiunijs et orationib⁹ ſuiēs deo. Huic iesus paruulus prebuit se videndū. Nō īmerito: qꝛ vidue sunt p̄uate visitatōe viri: visitant̄ a deo. Sed in mente mea cogito. vnde hoc ꝙ de⁹ sic vni vidue simplici filium suū ostēdere voluit. Ad quod Dn̄icus Tolosan⁹ dicit. Qd̄ diuine visiones fiūt simplicibus viris: vt natiuitas christi pastoribus. Sic et huic vidue. Uñ si xp̄s hodie videns viduam flentē miſicordia motus est. Qd̄ de alijs mortuis non dicit̄. Preterea ⁊ propheta Helyas: missus ē ad viduaz in Sareptam Sydoniorū vt eam nutriret cum filio: tempore famis Unde patet ⁊c. ¶ Secūdo rōne ⁊c. Acceptat em̄ bona illorū quantuz licet minima: vt patet Luc. xxi. de vidua que duo minuta obtulit in gazophilatio. De qua Hieronym⁹ ad Juliuz. Paupercula vidua que duo erat misit in gazophilatio: cūctos in oblatione munerū dicitur Supasse. Preterea acceptat orationes earuz. Exod. xxij. Si clamauerint ad me exaudiam clamorez earum. Super quo glo. dicit. Qd̄ quattnor sunt peccata q̄ clamant ad deum. Primum est homicidij Genes. iiij. Uox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Int̄pone exemplum. scilz Uincentij. Quidum p̄dicaret in marchia: sue predicationi intererat quidaz qui fratrem suum occiderat quē in domo sub vegete sepelierat. Sanct⁹ dei predicans spū ꝓphetico repletus huic minatus ē dicēs. Qd̄ de⁹ suuz peccatū aliquādo aperiret. Dum quodam die fratricida ille emissz caput vitellinū referretq; domuz: caput cruorez emittebat cadebatq; in terra. In itinere obuium habuit barisellum videnſq; cruorem cadentem illum interrogat: quid hoc esset. Respōdit ille. Caput eēt vitelli edendum. Ostende inquit. Dum pallium leuasset: non caput vitelli: sed fratris occisi apparuit. Captus ductus est ad torturam: vnde confessus est peccatū. Unde postea a iusticia occisus ē. ¶ Scd̄z est detinētium mercedem laboratorum. Jaco. v. Merces operariorum que fraudata est a vobis cla-

UVA. BHSC. IyR_237

mat: et clamor eorum in aures domini sabaoth introiuit. Uñ o mercator solue debitum statim laboratori. Prouerbiorum. iij. Ne dicas amico tuo vade ⁊ reuertere: cras enim dabo tibi: cum statim possis dare. Et deus Leuitici. xix. Non permanebit apud te opus mercēnarij tui vsq; mane. ¶ Tertium est peccatuz sodomitarū. Genes. xviij. Clamor sodomorum multiplicatus est nimis. Qđ vitium reprobatur ꝑ omnes leges. Primo diuinali. Leuit. xxij. cano. xxxiij. q. iij. c. Hoc ipm. §. sequen. iij. Ciui. vt patet. C. de extraordinarijs criminib⁹. l. Qui puero. ¶ Quartum est oppressio viduarum. Exod. xxij. Uidue non nocebitis ⁊ pupillo. Si leserit eos vociferabūt ad me: ⁊ ego exaudiā eos. Eccle. xxxv. Lachryme vidue ad maxillam descendunt: et a maxilla ascendunt vsq; ad celum. ¶ Tertio ratiōe ⁊c. Omibus dedit deus preceptum. Regibus: aduocatis: procuratorib⁹: vt super causas viduarum intendant: neq; eas opprimāt. Clama. O pretor hui⁹ ciuiratis. O aduocati huius terre ad vos clamo. Esa. i. Querite iudicium: subuenite oppresso: defendite viduam. Quia Jaco. i. Religio mūda ⁊ immaculata apud deuz ⁊ patrem hec est. visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum. Exemplū Job. xxix. Cor vidue cōsolatus sum. Et Hieremie. xxij. Uiduaz nolite contristari. Qđ sancti fecerunt: vt Siluester papa. Gregorius. Ambrosius: qui nomīa viduarum in scriptis volebant: ⁊ eis alimoniam mittebāt. Sz ve mūdo quia hodie vexantur: spoliantur: rapiuntur vi bona illarum. Et qđ deterius est vltra damnum rerum tollitur eis fama. Taceo alias molestias que eis fiunt. O persecutores viduarum. O lupi rapaces. O crudeles aduocati. Uerificatur de vobis illa sentētia. Esa. i. Principes tui infideles socij furum. Qđ contra. Deut. xxv. Maledictus q̄ peruertit iudicium vidue: et dicet omnis populus. Amen. Practica in verbo maledictus. Ab angelis: ab archangelis. Dic ꝑ oēs status. Unde patet ⁊c.

Tertium ⁊c. Tres sunt regule quas vidue seruare debent.

¶ Prīa đr mortificatōis.

¶ Scđa đr cōuersationis.

¶ Tertia đr deuotionis.

¶ Prima đr ⁊c. Debent esse mortificate. In habitu: in orationibus: in ieiunijs. Philip. i. Mortificate mēbra vestra. Ubi nota ſm Augustinū: ꝙ tria sunt genera viduaruz. Primuz qđ intendit epulis ⁊ delitijs que sunt male. i. Timothei. v. Uidua que ī delitijs viuit mortua est. O quot sunt que affaytāt se: ⁊ sub habitu nigro habent magnaz vanam gloriam. Scđm genus est que intendūt cure domus et filijs educandis. Et he bone sunt. De q̄bus apostolus vbi. s̄. Si q̄ vidua filios: aut nepotes habz. discat primum domum suā regere. hoc em̄ acceptū est deo. Tertium gen⁹ est qđ die noctuq; intendit cōtemplationibus Et hec sunt optime. apo

UVA. BHSC. IyR_237

stolus vbi supra. Uiduas bonorā que vere vidue sunt. Exemplo virginis vidue: que loca filij visebat. De qua Iero. Si scire volumus: quid dei genitrix post christi resurrectionem anteq̄ celos ascēderet agebat. Sine dubio loca natiuitatis: passiōis: sepulture: resurrectionis: ascensionis frequenter visitabat: t in eis lachrymas fundebat: t osculis sui sanctissimi oscula imprimebat. Ille. ¶ Secūda regula tc. Debent nāq̄ vitare cōuersationes hominum: non solum secularium: sed religiosorum ac quoruncunq̄ marium. Et hoc ratione periculi. Iero. di. xxxij. c. Hospicioluz tuū aut raro aut nunq̄ mulieruz pedes terant: q̄ nō potest cum domino toto corde habitare: qui mulierum accessibus copulatur. Et bernar. Cum mulieribus habitare: et de mulieribus non cogitare: plus est q̄ mortuū suscitare. Et sanct⁹ Benedictus nec cum sorore loqui volebat. Et Augu. Nec filias fratrum volebat in domo. Ad qō facit exēplum Leonis pape. Cum eī manus eius quedam mulier er deuotione esset osculata: venit sibi magna tentatio propter qō spiritu. s. dictante manum abscidit. Bz virgo⁹ postmoduz restituit. Preterea in Cronica ordinis. Reprehendens magister iordanus quēdā nouitiū quia tetigisset manus mulieri. Respondit ille. O pater est bona mulier. At ille. Terra bona est t aqua bona: tamē er vtroq̄ se contingere fit lutum. Uidue ergo debēt cauere cōuersationes dominuz. Unde apostolus circa hanc conuersationem docet viduas tria capitula Primum est vt sint in oratione deuote. Apostol⁹ vbi supra. Que aūt vere vidua est: sperat in deū t stet in orationibus. Secundum est: vt nō sint ociose. Tertium est: vt non sint verbose. Que verbositas: t li sit reprehensibilis in viris: pcipue in mulieribus maxime viduis: q̄ priuate proprijs viris debent parum loqui. In p̄mo Pol. Silentium mulieri p̄stat ornamentū. Unde Albertus li. iiij. Comp. c. iij. Laudat virginem q̄ solum quinq̄ vices loquta sit. Sed heu: quia plures: nō cessant circuire loca hinc inde. Et cito post mortem viri: anno nō cōpleto: alium querunt. Facetia de illa vidua que mortuo viro videbatur desperare. Uocatus ego ad ipsam cōsolandam iui. Cum ei dicerem: nō turbemur q̄ dabimus alium pulchriorem. Illa subridens: totum lamētum a se abiecit. ¶ Tertia regula tc. Debent esse deuote: deum timētes: celum cupiētes. Et merito: q̄ spōsum carnalem amiserunt: quo amisso debēt querere celestem. Ideo apl's vbi supra. Que vere vidua ē: sperat in deum. Practica sperat in deuz: q̄ immortalis q̄ nō fantasticus: q̄ pulcher: q̄ diues: q̄ sapiens: q̄ fortis. In q̄ sunt omnes thesauri absconditi: t speculum sine macula. Cādidus t rubicundus: t p̄e filijs dominuz speciosus.

¶ Feria serta bebdomade quarte De amore coniugali. Uel de laudibus mulierum.

UVA. BHSC. IyR_237

Erat quidā languēs Lazarus a bethania: de castello marie et marthe sororum eius. Joh. xi. Cum quadā vice predicaret bie rosolimis et inter cetera diceret. Ego ⁊ pater vnum sumus: iudei ipsum cum discipulis voluerūt lapidare. Sed ipse de manibus eorum euadens: abijt trans iordanē longe a bethania per dieram. Cuz autez ibi esset: videlicet in deserto Ephrem: vt dicit Glo. Interim Lazarus infirmat. Miserūt sorores vitam fratris desiderantes ad euz dicentes. Dñe ecce quem amas infirmatur. Quare nō dicunt. Veni Respondet Aug. Sufficit amanti nunciare necessitatē amici. Jesus autē dicit eis. Infirmitas hec non est ad mortē: sed p gloria dei: vt filius glorificetur p eam. Diligebat autē iesus martham ⁊ sororem ei⁹ mariā ⁊ lazarū. Hoc dicit ad ostendendū ꝙ non oportuit ꝙ maria et martha irent ad xpm psonaliter: sicut regulus: de quo Joh. iiij. Quia xps erat familiaris Lazaro ⁊ sororibus eius: ⁊ ibi frequenter hospitabat. Uñ mansit xps ibi duobus dieb⁹. Qō factū fm Aug. est donec Lazarus expiraret: sepultus iaceret: ⁊ sic miraculū clarius appareret. Quarta autē die: dixit discipulis suis. Eamus in iudeam iterum. Dicunt ei discipuli timētes in iudeaz reuerti Rabbi nūc querebant te iudei lapidare: ⁊ iterum vadis illuc q.d. nec tibi: nec nobis securuz est. Respōdit iesus eos. s. assecurādo. Nōne duodecim bore sunt diei. q. d. Si tunc habebāt voluntatē me lapidandi: modo nō faciēt: qz mutato tpe pōt volūtas mutari. Talis modus loquendi est apud oēs Uel sic. Nonne duodecim bore ⁊c. Bore sequunt diem: non dies boras. Et vos estis bore: iō debetis diē sequi. Sequit. Lazarus amic⁹ noster dormit. Quare mortē vocat dormitionē. Ñdet Glo. Qz sicut ē facile dormiēti suscitari cito a somno: sic xpo a somno mortis. Sz vado vt a somno excitem eum: qz facilius est xpo suscitare mortuū: ꝙ alteri suscitare dormientē. Dicunt discipuli. Si dormit salu⁹ est. q. d. Ex quo dormit signū ē sue curationis: vñ nō est necesse ꝙ tu vadas illuc. Putabāt dictū xpi de dormitione materiali. Uñ exprimit mortem Lazari dicens. Lazarus mortuus est gaudeo. Nō de eius morte absolute: sed ppter vos vt videntes eius suscitationē in fide confirmemini. Audiēs Tho. verba xpi: dixit socijs suis. Eamus nos ⁊ moriamur cū illo. Glo. Uerbū fuit amoris. Inuenit lazarū in monumēto quattuor dies habētē. Occurrit ei martha. Dñe si fuisses h̄ frater me⁹ nō fuisset mortuus. Glo. Apparet ꝙ credebat ipsum posse pseruare fratrē suuz a morte: tamē imperfecte credebat: qz videt innuere ꝙ non posset nisi absens ꝙtum psens. Sz ⁊ nūc scio: qz qcunqz poposceris a deo dabit tibi deus. Respōdit xps. Resurget frater tu⁹. Sz illa intellexit hoc de futura resurrectione.

UVA. BHSC. IyR_237

Unde subdit. Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die. Respondit iesus. Ego sum resurrectio ⁊ vita. Qui credit in me etiam si mortuus fuerit viuet: ⁊ oīs qui viuit ⁊ credit in me non morietur in eternū. Credis hoc. Respondit. Utiq; dñe. Quia ꝑ verbū xp̄i fuit instructa pleni⁹ de fide q̄ ante. Abijt cito ⁊ vocauit sororē suā: ⁊ eam ad xp̄m adduxit: illa añt ad pedes ꝓcidens: dixit v̄ba sil'ia marthe. Domine si fuisses h̄: frater meus non fuisset mortu⁹. Dixit ei. Ubi posuistis eū. Fuit v̄bū pie cōpassionis. Lachrymatus est iesus. Ratio: q̄a ipsum de tuto statu reducebat ad pñtē miseriā: exclamauit di. Lazare veni foras. Quare clamauit nomine ꝓp̄o. Rñdit Theo. Altius clamauit vt refrenaret ora gentilium fabulātiū in tumulis latitare animas defunctoꝝ. Quare alta voce dixit. Lazare veni foras: Quasi aduocaret de lōginquo. In hoc euangelio erit s̄mo de laudib⁹ femiarū Ubi tria videbimus.

¶ Primū d̄r cordialis dilectionis.
¶ Scd̄z d̄r humanalis correctiōis.
¶ Tertiū d̄r honeste instructionis.

Primū d̄r ⁊c. Cōclusio est meoꝝ iurista. ff. de arbi. l. si vnus. Et. C. de veteri iure enu. le. ij. Qd̄ ꝓpt̄ ꝓprietatem ⁊ hoc meum et tuum: venerunt discordie ⁊ litigia. Unde Señ. lib. de quattuor virtutibus. Quietissimā vitā agerēt homines in terris. Si hec duo v̄ba a natura oīm rerū tollerēt: meū ⁊ tuum. Propter hec inuente sunt leges: iura ciuilia: aduocati: procuratores rectores: notarij: officiales. Ex h̄ v̄bo meū ⁊ tuū veniūt lites: discordie: rixe. Ex hoc meū ⁊ tuum committunt̄ oīa mala. Unde Luca. in iij. Certamē mouistis opes. Quot sunt mortui. Fili⁹ nō respicit p̄rem amicus amicū. Et ꝓpter hāc cām antiqui pb̄i: singl'ariter Socrates vt ponit pb̄us. ij. Pol. et Plato in politica sua ⁊ plures alij: vt habet̄ xij. q. i. c. Dilectissimis. vt lites ⁊ discordie ⁊ oīa mala tollerent̄: ⁊ omnia in pace viuerēt: voluerunt oīa esse cōia. Possessiones: cāpi: aurū: argentū ⁊ oīa. Et q̄ ꝑcipue lites ⁊ discordie maxime excitant̄ ꝓpter mulieres. Uñ Lactan. in. iij. Nulla vehemētior discordiaruz est causa q̄ vni⁹ femine a multis marib⁹ appetitio. Et Iuuenalis. Nulla fere causa est in qua nō femina litē mouerit. Et Orig. Homelia Cananee Mulier caput pcti arma diaboli: expulsio paradisi: mat̄ delicti: corruptio legis antiq̄. Et Eccl'. xxv. A muliere sumpsit initiū oīs ꝑditio. Unde ⁊ plato ꝓut Lactan. iij. ⁊ Laertius in vita sua ponūt: de q̄ttuor agebat gr̄as nature. Primo: q̄ nō erat barbarus: s̄z grecus. Scd̄o q̄ non erat bestia: sed homo rōnalis Tertio: q̄ atheniēsis nō thebanus ⁊ q̄ natus tēp̄e Socratis. Quarto quia nō erat mulier: sed homo masculus. In secūdo de generatione. Mulier est mas occasionatus. Et ideo vt tales lites amouerent̄: voluerunt mulieres esse cōmunes. Cuius opinionis fuit Nicola⁹: vn⁹ de septez dyaconibus: vt ponitur

UVA. BHSC. IyR_237

xxiiij. q. iij. c. Quidā. Quē errorem prius posuit Plato ꝟm Tho. iij. ꝯ Gen. Uñ tales negarūt mr̄imoniū ⁊ cōiugiū. Contra quā opinionez instant docto. triplici medio ostendentes hoc esse incōueniens.

¶ Primo ratione.

¶ Secūdo auctoritate.

¶ Tertio exemplo.

¶ Primo rōne duplici. Prima honoris. Scd̄a dilectionis. Pr̄ia ⁊c. Filij tenentur honorare parētes. Exod. xx. Honora patrem tuum et mr̄em tuam. Et. xxi. Qui maledixerit patri aut matri morte moriat̄. Ephe. vi. Filij obedite parentib⁹. Et. C. de patria potestate. l. Congruentius. Et. ff. de in ius vocādo l. Genera. Que est rō. Propter eē qd̄ ab ipsis habēt. Quod quidem esse tam grāde bonū est: vt sit fundamentum oīm alioꝝ bonoꝝ. Naz qui nō habet esse: nullū alid̄ bonū habere potest. Non diuitias: non gloriam: non famā: nō sciam: non v̄tutes: non gr̄am: nō vitā eternā. Ip̄m etiā esse ab oībus est desideratū. Unde Arist. ij. aīe. Oīa appetunt esse: ⁊ illi⁹ cā agunt quecunq; agunt ꝟm naturā. Propter hoc bonum a parētibus habitum: libro de hebdomadibus Boetius dicit. Omniū bonoꝝ ipsum esse bonum est. Ideo Arist. ix. Ethi. Dijs ⁊ parentibus et magistris non potest reddi equiualēs. Defer o fili mi patri ⁊ matri grandē amorē ⁊ reuerētiam: quia habuisti ab eis digniorem rem hui⁹ mūdi. Ad ꝓpositum ergo. Si oīa essent cōia maxīe mulieres: ⁊ nullū esset matrimonium parentes nō discernerent̄ ab alijs Filius non cognosceret pr̄em: nec filia matrē. Et ecōtra existentibus oībus cōmunibus. Et deficiente ista cognitione: ꝑ ꝯsequēs deficeret honor et reuerētia. Qꝛ vt dicit pb̄s. iij. anime. Uoluntas non fert̄ nisi in bonum p̄cognitū. Et in. vi. Ethi. Oīs doctrina est de p̄cognit̄ Et Aug. x. de trini. Firmissime nouimus amari nisi nota non posse. Ideo non oīa debēt esse cōmunia: sz quisq; habere sua ꝓpria. Scd̄o rōne ⁊c. Naturalr̄ parētes diligūt ꝓp̄os filios. Unde pb̄s. viij. Ethi. Generātis ad genitū naturalr̄ est amicitia. In. vi. Pol. Amicitia est ꝟm naturā generātis ad genitum. Et de hoc lex ciuilis. l. fi. C. de curatore furiosi. Null⁹ est amor qui vincat amorē parentuz. Ex hoc pr̄ hac atq; illac discurrit vt filium foueat. Non timet estū nec alcorem: nec aliquod periculū. Ad ꝓpositū Si non esset matrimoniū: sed omnia essent cōmunia eadem rōne: ⁊ parentes non cognoscerent filios. Et deficiēte hac cognitōe parētes non nutrirent filios: nō nutriti deficerent. ⁊ ꝑ cōsequens mūdus deficeret. Unde apparet opinionem istorum non esse bonaz. ⁊ nō posse stare. Quapropt̄ venerabil̄ Beda super illo Job. ij. Nuptie facte sūt ⁊c. detestans eos etiā ip̄e q̄ detrahebant matrimonio dicit. Porro Traiani et Martiani ceterorumq; qui nuptijs detrahunt: perfidia ⁊ q̄ sit damnabilis insinuat. Si em̄ thoro immaculato et nuptijs celebrat̄ debita castitate culpa inesset

UVA. BHSC. IyR_237

nequaq̃ dominus ad bas venire. nequaq̃ eas signozum suozum initijs consecrare voluisset. Ille. Hoc sanctum matrimonium fuit institutum ab omnipotenti deo: in paradiso terrestri. Gen. iij. quãdo clamauit. Crescite ⁊ multiplicamini et replete terram. Non erat opus o deus: dicere hoc. Quia hec ciuitas tibi obediens fuisset. Nũ dus est plenus spurijs. Et christ' hoc ratificans. Matth. xix. Relinquet' homo patrem ⁊ matrẽ ⁊ adherebit vxori sue: et erunt duo in carne vna. Dixit vxori: non vxoribus: o concubinarie. Cui non sufficit vna mulier. In quib' verbis notatur strictissima ꝓiunctio amoris inter virum ⁊ vxorem. Unde Apost. epb. v. Viri diligite vxores vestras. Ad quem amorem inducimur triplici medio.

¶ Primo: exemplo sanctozum.

¶ Secundo: paganozum.

¶ Tertio: figura.

¶ Primo. xc. Gen. xiij. de Abrahaz q̃ tñ dilexit Sarram vxorẽ suam: vt ipam vocaret sozorẽ nõ vxorẽ. Dic inquit queso: ꝙ sozor mea sis. Quãdo ibat ad pharaonẽ. Preterea Gen. xxx. de Jacob qui tantum amauit Rachel: vt p ea sustineret frigus ⁊ tribulationes. Unde dicebat de se. In die non urebat estus et in nocte gelu. Sed videbãt ei dies pauci: pre amoris magnitudine. nõ alia ratione o Jacob nisi qz illam diligebas. ¶ Secũdo exemplo paganozum. Refert Valerius libro. iij. c. vi. ō Amore ꝓugali de Tiberio gracco: qui duob' anguibus apprehensis. ſ. masculo et femina: certificatus per aruspicem. ꝙ dimisso masculo vxori sua cito moreretur. dimissa femina ipe moreretur. statim feminam dimitti iussit sustinuitq; in conspectu suo seipsum interitu serpentis occidi. Preterea de Mithridate qui vxorem Hispicrateam tantum amauit: ꝙ nõ poterat pati priuari presentia sua. nec per bozam. Unde ex boc ipsum sequebatur tonsis capillis in bello: induta babitu virili. Et virum fugientem ab inimicis in armis sequebatur eum per loca deserta. Preterea de Marco Antbonio erga Cleopatrã: qui filare visus est cum ea. ¶ Preterea de Cu. planco. qui videns vxorem mortuam rediens de bello prelacbrymis in funere defecit. Preterea de illo qui vxorem in ferculo bibit mortuam duz esset in prelio intelligens vero boc reuersus est domum et cineres extumulari fecit ⁊ cineres illos omni ferculo imponebat. vnde ipse simul cum filio omnes comederunt. Preterea de. M. Planco. qui videns vxorem mortuam: vi amoris aperuit sibi cor vnguib'. Preterea de egregia. vxore Numine Pompilij. de qua Ouidius decimo quinto. Mortamo: pb. ipsa mortua: non vales sustinere tantum dolorem siluam abijt: ibi lacbrymans vitam suam viduatam. Si ergo romani boc fecerunt: et pagani: quare nõ magis christiani. Tertio. Figura. De annulo qui datur vxori in signum amoris: babet quattuor: cõditiões

UVA. BHSC. IyR_237

¶ Prima: est aureus.
¶ Secunda: est rotundus.
¶ Tertia: in quarto digito.
¶ Quarta: q̄ sit tantum vnus.
¶ Prima ꝛc. Quia sicut aurū excellit oīa metalla: ita amor viri dz excedere oēs amores respectu vxor. Vñ Tbo. xxij. q. xxvi. dicit q̄ plus reuerētie debetur patri: sed maior amor vxori. Scđa q̄ sit ꝛc. In signū q̄ nunq̄ dz habere fine: nisi q̄ morte: postq̄ semel cōiuncti sunt. Tertia q̄ sit ꝛc. Q̄ est ibi quedā vena que ꝓcedit a corde in signum fidei: vt dz. xxx. q. vi. c. Femie. Quarta q̄ vnus: vt ostēdat amoris singularitas. Quia in oībus vult homo societatē. Gene. Nullus eligeret esse solus. Tullius. Natura nihil solitariū amat. Jn. vi. Etbi. Homo solitari⁹ aut de⁹ est aut bestia. In oībus ergo amicitiam vult homo nisi in amore vxoris. Noli metangere: nisi forte sit aliq̄s ifamis. Diligite ergo vxores vestras. Sed forte dicis. Cum vera amicitia fundet in bono vtili: delectabili: ꝛ honesto: vt habet Tbo. xxij. q. xxij. Et Tulli⁹ de amicitia. Et pbs. viij. Etb. Cuius vtilitatis est vxor in domo. Rñdeo. Dō ab ipa sunt ifinita bona. Eccl. xxxvi. Qui possidet bonā mulierē: incboat bonā possessionē Bona possessio: dat sustentamētuz homini. Jn eodē. xxv. Beatus qui habitat cū muliere sensata. Jn eodem. Mulieris bone beatus vir. Eccl's. vij. Noli discedere a muliere sensata: gratia verecundie illius super aurum. Non est aliquod ornamentum in domo: qō ei merito possit cōparari. Nō aurū: nō argētum. Illa est q̄ ꝓiem ꝛ matrē paretesq̄ oēs relinquit: ꝛ intrat domū tuā: sub moribus tuis: q̄ es bestialis. Hec est q̄ frumētū ordinat: pānos lauat: lacerata restaurat. Collūna est viri: ꝛ filioz. Quis ordinat domuz. Quis filios. Uere mulier. Si plāgis: plāgit ꝛ ipa. Si firmaris infirmat ꝛ ipa. Cibū nō capit. sōm oblita: q̄escere nescit. O quot sunt qui ab vxoribus sustentātur. Jō Eccl'. xxxv. Ubi non est mulier, gemiscit eger. Jn bui⁹ figurā. Genij. Dixit dñs Nō est bonū hoiez esse solū: faciam⁹ ei adiutoriū simile sibi. Dubiū q̄ritur: quis plus amat? Respōsio q̄ mulier: quia mulier ē dulcior corde: q̄ homo.

Secundum dō ꝛc. Cuz mānsuetudine debet corrigi: nō cū tyrannide: nec cum asperitate seu austeritate. non cum amaritudine: sed dulcedine. xxxiij. q. vlti. c. vl. Sidaritus dz habere vxorem in dilectione: ꝛ debita disciplina. Et pbs li. Jco. Uir non debet femine iniuriari: ne femina iniurietur sibi. Jn huius figuram: vt dicit magister in. iiij. di. xviij. Mulier non est formata de capite viri ne videretur domina. Unde Asculamus. Familia mihi displicet in qua gallina canente gallus tacet. Unde Prouerbioz. xxvi. Per tria mouetur terra: et quartum quod non potest sustineri. Per seruum cum regnauerit. Per stultum cuz saturatus fuerit. Per ancillam cum fuerit heres dñe sue

UVA. BHSC. IyR_237

Et per odiosam mulierē: cū in matrimonio fuerit assumpta. Ille. Quattuor sunt q̄ expellūt hoīem de domo. Fumus: ignis: aqua: et mala mulier. Preterea nō ē facta de pedib⁹ ne videret ancilla esse. Sed de costa: vt esset socia viri: et solaciū. C. de crimīe expilate hereditatis. Uxor ē socia viri. Et si qñ errat. Quia oēs sum⁹ defectuosi: iuxta illud Ja.iij. In multis offendimus oēs: dz corrigi cū māsuetudine ⁊ benigne. Non cū cōfusione vel verecūdia: aut publice cōtemptibiliter arguēda. Uñ varro in satyra q̄ Mappea inscribitur. dicit. Qđ viciū cōiugis aut tollendum aut ferēdū est. Qui tollit viciū cōmodiorē cōiugē p̄stat. Qui fert semet efficit meliorem. Unde ponit Aulus gellius li.i. noctiū atticarū Qđ cū euripides interrogaret Socratē. cur Xantippē vxorem suam litigiosam ⁊ que nūq̄ cessabat brūtulare ꝑ domū: non sineret. Rñdit Cū talē domi ꝑpetior: assuesco et exercitor: vt ceteroꝝ quoq̄ petulantiā ⁊ iniuriā facili⁹ ferā. ¶ Sed nota ſm alber. sup Lucā: tres sunt spēs mulierū. Quedā sūt suspecte. Quedā sunt medie. Quedam sunt ꝓbate. Primo ⁊c. Iste sunt artāde et disciplināde. Qr vt dr Eccl'iastici.xxv. Si nō ambulauerit ad manū tuā: cōfundet te in cōspectu inimicoꝝ tuoꝝ. Ideo sunt corrigēde. Et hoc tripl'r. Primo bonis ꝟbis. Eccl'isti.xviij. Corripe amicū tuuz et da locū timori altissimi. ⁊ Aug. in Regula. Corripite inq̄etos cōsolamini pusillanimes. Scđo minis Dauid. Irascimini ⁊ nolite ⁊c. Tertio ꝟberib⁹. Prouer.xi. Cor duruz in baculo ꝑcute. Prouer.xiij. Qui ꝑcit virge: odit filiū suū. Qr virtus stat in ꝟbis: herbis: ⁊ lapidib⁹. Ad de q̄rtū frater: bacul⁹. Scđo q̄dazs sunt medie. Et qr vt dr di. xxxiij.c. Habuisse. In reb⁹ ambiguis. absolutum nō dz eē iudiciū. Dz ꝓbare mulierē lēto passu. Tertio q̄dā sūt ⁊c. De his dicit Socrates. Pudica mulier custodia nō idiget. In ꝟbo custodia. Applica ꝯ viros: q̄ oēm libertatē tollūt vxorib⁹. Nō mireris si furant: eas absoluo Noli eas cedere baculo: qr nō possuz: qr papa hāc auctoritatē nō ꝯcessit. Iste ꝯ sunt relinquēde in libertate sua: et cū oī hñanitate corrigēde: si errant. Uñ Ber. ad Raymūdū vxorē bonā poti⁹ risu q̄ baculo castigabis. Col.iij. Uiri diligite vxores vestras: ⁊ nolite esse amari: vt.s. tractetis sicut ancillas. Non īmerito: Quia vt dr Eccl'iasti.xxvi. Mulier fortis oblectat virū suū. Quapropter apud romanos merito arguitur austeritas quattuor viroꝝ. De quib⁹ dicit Uale.li.vi.c.iij. Qui seuere se habuerūt ad vxores suas: eas male tractādo. Prim⁹ fuit. Qr Antisthius: qui videns vxorē suaz loquentem cum meretricula quadam libertina secrete eā repudiauit. Male se habuit. ¶ Secundus P. Sempronius qui cōiugem repudiauit: quia iuerat ad theatruz ad spectandum ludos: absq̄ sui licentia. Male egit. ¶ Tertius fuit Sulpitius: gelidus: qui vxorē repudiauit: qr iuerat capite discoop-

UVA. BHSC. IyR_237

go sit summe bonus ⁊ misericors debet illā cōmunicare homini: oñdere ⁊ declarare ⁊ facere nobis intelligibilē. Quia vt habet Dio. iiij. di. Et pb̄s. i. Ethi. ⁊. iij. aīe. Bonuz est sui diffu. Proprium bonum est seip̄m cōmunicare. De ip̄a dauid. Apud dñm ⁊c. De peni. distin. i. c. Multiplex. Misericordie domini nec mēsuras ponere possumus ⁊c. Et de pe. di. i. Diuinitaꝫ natura clemens est ⁊ pia: magisq; ad īdulgētiam prona q̄ ad vindictam. C. de nuptijs. l. imp̄ialis. Nam ita credimus dei beniuolentiā ⁊ circa genꝰ humanū nimiā clementiā quantū nostre nature possibile est imitari. Qui quotidianis hominū peccaꝫ semp̄ ignoscere dignatur: ⁊ pn̄iam nostram suscip̄e. Ibi. Et Dañ. lib. iij. Purga. Pctā nostra horribilia fuerunt: sed diuina bonitas habet tam lata brachia q̄ capit quecūq; ad illam ꝯuertuntur. Benignus ḡ deus debebat illam misericordiam cōmunicare. In testamēto veteri. Deus erat rigidus. p̄s. Deus vltionum dominus ⁊c. Eccl'. xx. Ego suz dñs deus tuus fortis zelotes visitans iniqnitatem patruz in filios. in tertiam ⁊ quartā generationez eorum qui oderunt me. Non dicebatur pater: sz deus iusticie. Quidā ligna colligens die sabbati: precepto domini lapidatus est. Silr alius blasphemās. Dānauit luciferum in perpetuuz. Expulit Adam de paradiso. Geñ. iij. Misit diluuium in terra. Geñ. vij. Misit sulphur ⁊ ignem super sodomam ⁊c. Geñ. xij. Submersit pharaonem. Exo. xiiij. Percussit. xxiij. milia ꝓpt adorationem vituli. Exo. xxxiij. c. Percussit. clxxxv. milia ex peccato blasphemie de populo Sēnacherib. i. Regū. xix. De populo Dauid lxx. mortui sunt. ij. Reg. vlt. Debebat ergo mīaz suam declarare. Sz meliori modo eaz non potuit ostēdere q̄ vt nobiscū cōuersaret. Qz vt habet pb̄s. viij. Phis. Nihil est tam ꝓprium amicorum q̄ simul viuere ⁊ simul cōuersari. Non te scādalizat si quem vides associatum. Ipse autem vt hanc amicitiā ostēderet nobiscum commoratus est. Baruch. iij. Post hec ī terris visus est: ⁊ cum hominibus ⁊c. Sed hec amicitia plene completa est: quādo verbum factum est caro. Unde Hieroñ. ad Dama. papam de filio ꝓdigo. Que maior potest esse clementia: q̄ vt filius dei filius hominis putaretur: decem mensium fastidia sustineret: partus expectaret aduentum: inuolueretur pannis: subijceret parentibus: per singulas adoleret etates. ⁊ post contumelias vocum: alapas: ⁊ flagella crucis ꝓ nobis fieret maledictū vt nos a maledicto legis absolueret. Ille. O vere beata etas. O vere aureum seculū: in quo exp̄imur dulcedinem filij dei pro nobis incarnari. Ex speciali priuilegio: videbis christum in carne: in presepio: in feno iacere: ab animalibus adorari et a pastoribus. Hoc priuilegium non est concessum Abrae sanctissimo homini: non Isaac: nō Jacob. Unde christus Luce decīoca. Beati oculi qui vidēt que vos

UVA. BHSC. IyR_237

videtis. ¶ Scdo ꝛc. Conclusio est Tho. iij. pte. q. xlvi. ar. iiij. Alex. iij. parte. Et Boñ. iij. di. xix. Qd ppter pctm̄ pmoꝝ parentū nobis clausa est ianua paradisi. Ad quā apiēdā nullus inuētus est idone⁹. Non angelus: nō cherubiu: non pr̄iarcha: non ppheta: nisi solus fili⁹ dei. Uñ ps. xvij. Oēs declinauerūt simul inutiles ꝛc. In scriptura Deut. xxv. Scdm mēsurā delicti erit ꝛ plagarū modus. ꝛ. xvi. q. i. Scdm qualitatē delicti: imponēda est pnia. O cōfessores notate. Sed pctm̄ pmi hoīs fuit infinite offense, ꝛ iniurie. igit̄ requirebat satisfactionē infinitam q̄ nō erat in alia pura creatura. Qd fuerit infinite offense pbat̄ hoc modo. Est vna maxima canonistarū ꝛ iuristarū. Primo canonistarū de pe. di. i. c. duo facta. ꝛ. xij. q. ij. c. Gloria epi. ꝛ. xxij. q. ij. c. mouet. ꝛ. xxvij. q. i. c. Nuptiaꝝ. Scdo p iurist. l. Item apud. §. qd ait pretor. ff. de re militari. ꝛ. l. Om̄e delictum. §. qui man⁹. vbi habet̄: q offensio ꝛ iniuria mēsurat̄ sm dignitatem psone. Exēpli gratia. De pcussione sui ꝛ dñi. De infamia secularis ꝛ religiosi. O socie ꝛc. De cardinali ꝛ papa. Ad ppositū. Cū de⁹ sit infinite bonitatis. Juxta illud Apo. xix. Rex regū ꝛ dñs dominātium. Sequit̄ q culpa primi hoīs fuit infinita. si infinita ergo requirebat satisfactionē infinitā que nō erat in pura creatura cuꝫ sit finite opationis. Et sm pbm. iij. Phi. Et pmo celi. Finiti ad infinitū: nulla ē pportio. In. viij. phi. Impossibile est in corpe finito eē potentiā infinitā. Unde Chrys. Nemo int̄ mortales repiri poterat qui nō interiꝫ indign⁹ videret̄. Et dātes. iij. paradisi. Cañ. vij. Uestra natura sicut tota peccauit in origine ꝛ posteritate ab his dignitatib⁹ vt a padiso repulsa fuit: vnde se non potuit si bene inspicias redimere aliq̄ arte ꝛ via. Uñ opus fuit q xp̄s mitteretur vt portaret facinora nr̄a. vnde Dauid. Que non rapuit exoluebā ¶ Tertio ꝛc. Cōclusio Augu. in. ij. di. i. c. vi. Fecit deus rōnalē creaturam vt summū bonum ntelligeret intelligēdo amaret: amādo possideret: possidēdo frueret̄. Sed homo deuius fact⁹ erat ꝛ viā pdiderat: p pctm̄ pmi hoīs ꝛ nemo hanc viam sciebat. quidam adorabant solem. quidam lunam. quidā stellas. Sap̄. v. Errauimus a via veritat̄ ꝛ iusticie lumē nō luxit nobis. Ut ergo hanc viā inuenire possemus missus est nobis: bonus dux iesus dulcis. Unde de se dicit Jo. xiiij. Ego sum via. Sup quo Aug. Si celum desideras: ego sum via. Hunc ductoreꝫ sancti patres affectarunt. Esa. xvi. Emitte agnū dñe dominatoreꝫ terre. Et quia homo poterat terreri cōsiderata sua fragilitate: in omnibus exempluꝫ dedit patientie. Si grauaris infirmitate: ipse a planta pedis. Si infamia. ipse a iudeis derisus. Demonium habes. Si paupertate: ipse pauper. Uulpes inquit foueas habent: ꝛ volucres celi ꝛc. Nudus ponitur in cruce: spinis coronatur vt nos sublimaret. Unde comparat̄ filio cuiusdam regis: qui philoca-

UVA. BHSC. IyR_237

ptus de quadam rusticana mulie-
re ipm in vxorem cepit: dimissis fi-
liabus ciuium suoꝝ. Quis est filiꝰ
regis. Est xps: qui cepit in vxorem
carnem nostrā que est filia Ade. Et
super oēs banc contadinā exalta-
uit. s. sup angelos. Hanc dignitatē
cognouit Jobānes. Apocalip. xix.
quando Jobannes angelum ādo-
rare voluit. Vide inquit ne feceris
Sup quo Brego. Timuit adorari
a natura bīana propter assumptā
cum verbo carnis nostre substātiā

SUnde pz quomō fuit ꝛc.
Secundum dicitur ꝛc. Tri-
plici ratione inducimur
ad ipsum suscipiendum.
¶ Primo ratione status.
¶ Scōo ratione affectus.
¶ Tertio ratione beneficij.
¶ Primo ꝛc. Quia eius status est
sublimis: quia est rex. Ecce inquit
rex ꝛc. Si enim ad vos veniret ali
quis magnꝰ dominꝰ: dux. comes:
rex vere cum tripudio ipm accipe
remus: multomagis xpm. qui no-
biscum sociatur in boc aduentu. q̄
est rex. Ecce rex. Qui rex triplex bz
regnum.
¶ Primum celeste.
¶ Secundum terrestre.
¶ Tertiū infernale. De quibꝰ apls
Phil. ij. In noīe iesu oē genu flecta
tur: celestiū terrestriū ꝛ infernoꝝ.
Et sicut bz triplex regnū: sic habet
tres differētias militum quos po-
suit in bis regnis sm illoꝝ merita
et demerita. Quidaꝫ sunt milites
triūpbātes. Quidā sūt milites ter-
ga pbētes. Quidā ꝛc. q̄ pugnauerūt
cōtra vitia mundum: dyabolum.
occupātes se in bonis operibꝰ: vt
apostoli. martyres. pfessores. Do-
minicus. Frāciscus. Tales cozonā
ti sunt in primo regno. Apocal. ij.
Esto fidelis vsq; ad mortem: ꝛ dā-
bo tibi cozonā vite. ij. Timo. ij. Nō
cozonabit nisi q̄ legitime certaue-
rit. In Cronica ordinis. Dum fra-
tres maī. dicerēt pigre ꝛ somnolē-
ter: virgo eis apparuit di. Fortiter
fratres: quia grandia premia sunt
vobis preparata. Non credas co-
ronari i prio regno: misi fueris stre-
nuus miles xpi. Quidā ꝛc. Hi sunt
qui nolūt regnare: sed in omni stre
pitu terga vertunt: nō sunt strēnui
milites. Tales non sunt apti: quia
pigri. Figura. Jud. vij. ō Gedeōne
dum pugnaret cōtra Madianitas
et secū haberet. xxxij. millia viroꝝ
dixit illi dominus. Multus popu
lus tecū est. Unde licētiauit ex eis
xxij. milia: ꝛ remanserunt. x. milia.
Cui dominus. Adhuc populus est
multus: duc eos ad flumen ꝛ pba-
bis eos. Qui biberint aquā de flu-
mine vt canes nō curuādo se: eos
separabis seoꝝsuꝫ vt apri. Qui cur
uatis genibus biberint: separabis
eos ab alia parte: vt inepti. Qui
numerus eoꝝ apti ad bellū fuit
ccc. et reliqua multitudo remissa
est. Moraliter. Pauci sūt apti ad
certamē in boc mundo. Tales po-
nuntur in tertio regno scilicet i in-
ferno: quia ociosi steterunt. Quī-
dam sunt qui assidue pugnant con
tra vitia: de quoꝝ numero erat
qui dicebat Epbe. i. Non est nobis
colluctatio aduersus carnem ꝛ san
guinem: sed aduersus principes et

UVA. BHSC. IyR_237

potestates. Qui vult poni in prio regno, oportet pugnare. Qr vt dicit. C. de his qui nō expletis stipēdijs in. ij. li. x. Stipēdium qđ promittit militibus: solui nō debz nisi finita militia. ¶ Scđo ratione ꝛc. Quia frater noster est et ꝓpinquꝰ. Unde dicitur Tuus. Glo. i. de tua ꝓgenie genitus. Duas progenies fecit Deus. ¶ Primam naturā angelicā. ¶ Scđam naturam humanam. Potius voluit cōtrahere affinitatem cum natura humana: ꝙ angelica. Heb. ij. Nusꝙ āgelos apprehendit. Ideo dicit Tuus. Gen. xxvij. Frater em̄ ꝛ caro nostra est. Et dauid. Narrabo nomen tuum fratribus meis. Super quo Ber. Puto quia iaz me despicere nō poterit os ex ossibus meis: ꝛ caro de carne mea. Despexit deꝰ generationem humanā per annos. v. milia. Quia ad lymbum illos mittebat nunc autem inquit Bern. non sic. Unde possumus cōtēplari: ꝙ quādo voluit incarnari ꝛ relinq̄re suos ciues Angelici spūs miserūt ambasiatores. ¶ Uenit prīa ambasaria que missa fuit a prima Hierarchia di. incuruando se. Domine dominꝰ noster: quid est homo: quia magnificas eum. Enumera hic beneficia Dotasti eum lumine rationis. Ad tuam imaginem creasti. Potuisses eum lignū lapidem facere. Et nūc vis ad illum ire ꝛ te induere sclauina. Respōdit eis. Amore langueo. ¶ Secūda ambasaria missa est. secunda ambasaria di. Cur vis o bone magister ire ad homies malos ꝛ ꝓphanos. Uere si ibis: eris male cōtentꝰ. Te ꝑcutiēt. te ad colūnam ligabūt: oculos imbindabūt te cruci affigēt: pedes ꝑforabūt ꝛ manꝰ. Rn̄dit illud verbum Prouer. viij. Delicie mee eē cū filijs hoīm. i. sūt cū filijs hoīm. O charitas īmensa. ¶ Tertia ambasaria: missa a tertia Hierarchia. Uera amicitia fundat̄ in aliquo hoꝝ bonoꝝ. Aut in bono vtili. Aut delectabili. Aut honesto vt hz Tul. li. đ amicitia. ꝛ Tho. xxij. q. xxij. ar. i. Et phs. viij. Ethi. Sed dic nobis quā vtilitatē habebis de hoīe. Ille est q̄ te millies blasphemat: qui falsa sacramēta capit. Est saccus vermiū: mendicus tibicen. ꝛc. Rn̄dit eis xp̄s. Amore langueo Uñ assimilat̄ filio cuiusdam regis qui cum interrogaret̄ a patre. Fili quātum me amas ostēde. Non potens verbo exprimere: opere ostēdit. Extendit brachia ꝛ capite īclinato: totum posuit se super patrez di. Tantū te diligo: ꝛ me totum do. Ad ꝓpositum. Tātum xp̄us hoīem amauit: ꝙ totum se dedit in manibus peccatoruz. Joh. Maiorē charitatem nemo habet: ꝙ vt animaz suam ponat quis pro amicis suis. ¶ Tertio rōne ꝛc. Qr nobis beneficia cōtulit. Unde dicit̄. Uenit tibi māsuetus. Glo. i. ad tuaz vtilitatē Ubi nota ſm phm. iiij. ethi. Quod tres sunt differentie amicorum.

¶ Quidam ꝓ bono vtili.

¶ Quidam pro delectabili.

¶ Quidam pro virtuoso.

¶ Quidam ꝓ bono: vt sunt amici mercennarij: qui ad tempus diligunt. s. in tempore ꝓsperitatis. De istis. Eccle. vij. Est amicꝰ mēse. In

UVA. BHSC. IyR_237

eodem. Est amicus ⁊ socius mense ⁊ Ouidꝰ lib. Iri. Cum fueris felix multos numerabis amicos. Asculanus. O quot amicos. O quot cōiunctos nobis adberēt in felici statu ꝓtrarijs flantibꝰ vētis. Amor talium fructum tm̄ durante pmanet. De talibus Amb. Facilis vox ⁊ cōmunis: tuus sum totus: sed pauco rum effectus. Caue ne incidas i miseriaz: qz paucos inuenies amicos Exemplum Job. vi. Postꝫ amisit omnia bona dixit. Ecce nō est auxilium mibi: necessarij quoqꝫ recesserunt a me. Uñ apl̄s securi sunt rp̄m ad nuptias sicut amici ꝓ bono vtilitate: sed in passione ip̄m reliquerunt. ¶ Preterea miluus sequit mulierē dum portat tripam ad aquaz quā nō sequit dum vadit ad ecclesiam. ¶ Scō quidam ⁊c. vt sunt carnales qui iuuenculas amant amore carnali. O pater amat me. Et si dat manicas rubras: illecebrit ⁊ alia dona fecit ꝓ bono amore: videbimus qñ turgescet ꝗgultus. Talis amicitia nō est bona: qz nō est fundata in virtute. Jn. viij. Etb. Amicitia tñc est pfecta qñ est ꝓpter virtutez Exemplum valerij de duobꝰ amicis de quibus lib. vi. Qui amici inuicē cum vnus alteruz inuitaret ad malum. Respondit quidā nomine Publius. Quid mibi de tua amicitia: si ꝓpter eam me oporteat inhoneste agere. Unde patet scā differentia. ¶ Tertio. Quidam sunt amici ꝓ bono virtuoso. Isti sunt qui omni tempore amant: ⁊ ꝓsperitatis ⁊ aduersitatis: iurta illud puerb. xvij. Omni tēpore diligit qui amic⁹ est. Qui ponerent vitaz ꝓ amico. In hac amicitia duo fuerunt romani Amon ⁊ Pbytbia. de quibus Valerius lib. iiij. de amicitia: quorum alterum cuz vellet Dionys. tyrannus Sicilie damnare ad mortem petijt dilationem a rege: vt ire posset ad ciuitatez suam vt disponeret facta sua Et cum tyrānus peteret fidei iussorem dedit amicuz suum dicꝫ tyranno. Quod si boza statuta nō redirent: ille ꝓ se occideret. Ille aūt expeditis negocijs suis: boza statuta reuersus est. Et tyrānus cōsiderata amicitia eorum sibi pepercit corde diali animo ⁊ petijt acciperent eum in illa amicitia. Clama bic. Solus cbristus fuit verus amicus qui mori voluit ꝓ nobis. Job. x. Animam meam pono pro ouibus meis. O immēsa amplitudo diuine charitatis. O pfunda bonitas summi deiqꝫ Brego. considerans admirādo cantabat. O inestimabilis dilectio charitatis vt seruum redimeres: filium tradidisti. Quid suauiꝰ. Quid dulcius potest audiri. O peccatores ingrati: diligite rp̄m qui nos redemit quem patres antiqui illum redempturū: expectantes toto corde dilexerunt.

Certium dicitur ⁊c. Tribus modis suscipiendus est: quemadmodum iudei susceperunt.

¶ Primo cū laudibus diuinis.

¶ Scō cū mundicia cordis.

¶ Tertio cum opibus charitatis.

¶ Primo ⁊c. Sicut iudei cū vocibꝰ puerorum. Osanna ⁊c. Ista aūt laudatio debet fieri.

UVA. BHSC. IyR_237

¶Primo ore.
¶Secundo corde.
¶Tertio opere.
De qua Ephe. vt Cantātes et psallentes in cordibus vestris dño. Nota in verbo cantantes. Hugo li. de claustro ꝛc. Noli cantare cuꝫ lucifero in celo: seu cum ꝑmo homine in paradiso: sed cum xp̄o in templo. Cantus dyaboli: cupiditas. Cātus primi hoīs: superbia. Cantus xp̄i: humilitas. Ille. Lucifer cepit antiphonam alte. s. La: dum dixit. Ponam sedem meam ad aquilonem. Adam cepit ad Sol: dum dixit. Erimus sicut dij. Xp̄s cepit submisse: ad Ut. que est vltima nota. Laudemus ergo ip̄m: ꝛ ipsum recipiem⁹.
¶Secundo ꝛc. Sicut ipsi cum oliuis que nō arescunt. Ita nos cum viridi conscientia: et cordis puritate. Prouer. xi. Iusti quasi oliue germinabunt. Dic cum Tob. ix. c. Mūdum seruaui aīam meam. Hec puritas est: illa vestis qua debemus xp̄o occurrere. De qua dr̄ Apoc. iij. Uestimētis albis induaris: vt non appareat confusio nuditatis tue.
¶Tertio ꝛc. Quod notat̄ per hoc ꝙ vestimenta sua sternebāt in via. Uestimēta spūalia anime: sunt bona opera. Apoc. xv. Beatus qui vigilat ꝛ custodit vestimēta sua. Ista vestimēta in via ꝓsternimus quando bona tp̄alia pauperibus erogamus. Ecce rex tuus ꝛc. Practica in verbo apl'i. Hora est iam ꝛc. Uere hora: qꝛ es. xx. aut. xxx. aut. l. annorum: ꝛ adhuc es in pctis. Noli plus expectare: qꝛ vt dicit̄. Ne tardes ad extremum ꝛc.

¶Dominica secunda aduentus.
De iudicio vniuersali.

Videbunt filium hominis venientem in nubibus celi: cum potestate magna et maiestate. Luce xxi. Contremiscunt viscera: lingua heret palato: omne humanum ingenium deficit: duꝫ humana mens venit in considerationem ꝙ sit horribile et timidum vniuersale iudicium: quod indubie credimus consumandum supra passibilez ꝛ mortalem carnem. Propterea sicut diuina iusticia nullam rem intendit pretermittere: que animabus sanctis ꝛ iustis debebat ꝓcurare gloriam ꝛ honorem ꝛ laudem ꝛ triumphum. Ita per contrarium damnatis in ergastulis ꝛ carceribus inferni qđ possit porrigere tristiciam dolorem: ignominiam ꝛ confusionem Unde Lactanti⁹ lib. vij. cap̄. xxvij. Deferatur si fieri potest via perditionis ꝛ fraudis: in qua mors voluptatis illecebris adoperta celatur Et quanto quisq; annis in senectutem vergentibus appropinquare cernit illū diem quo sit ei ex hac vita migrandū cogitet ꝙ pur⁹ abscedat ꝙ innocens ad iudiciū veniat. Non vt faciunt quidam cecis mentibus nixi: qui iam deficientib⁹ corporis viribus: in hoc admonent̄ instantis vltime necessitatis: vt cupidius ꝛ ardentius hauriendis libidinidus intendant. Qua ex voragine liberet se quisq; dum licet: dura

UVA. BHSC. IyR_237

facultas adest: seq; ad deum tota mente cõuertat: vt illuz diem securus expectet: quo p̄ses dominusq; mundi deus de singulorũ factis cogitatiõibusq; iudicabit. Ille. Declaratio verbi Lactã. Heus audi benigne inq̃t Lact. Quãdiu hõ habet in se liberũ arbitriũ flexibile ad bonuz ⁊ ad malũ: dimittat pctã ⁊ celeragines: ⁊ induat se aureis vestimentis virtutuz. Et cõsideret q̄ habet sese p̄sentare ante tribunal iudicis xp̄i: ⁊ ibi reddere rõnem de oĩbus opibus suis bonis aut malis. Hic est ille equissimus iudex q̃ facta nostra oĩbus notificabit. Naum. iij. Reuelabo pudẽda tua in facie tua ⁊ ostẽdam in gentib⁹ nuditatẽ tuam ⁊ regnis ignominiã tuam. Et eccl̃ia in sequẽtia ꝓ mortuis. Liber scriptus ꝓferet̃ in quo totũ cõtinet̃: vñ mundus iudicet̃. Iudex ergo cum censebit quicquid latet apparebit: inultum remanebit. Hic est ille q̃ rõnez exiget de aĩa. Deut. iiij. Custodi te metip̄m ⁊ aĩam tuã sollicite. Hic ẽ ille qui rõnem de tp̄e volet. Eccl. iiij. Fili cõserua tp̄s ⁊ deuita a malo. Ille. Conserua tp̄s ratione preciositatis. Ber. Nihil preciosius tẽpore. Et rõne breuitatis .i. Corin. vij. Tẽpus breue est. De quo in. iiij. Phisi. Nihil habemus de tempore nisi presens nunc. Hic est qui rõnez requiret de verbis ociosis. Math. xxi. De oĩ verbo ocioso ⁊c. Sancta ergo mater ecclesia auida salutis filioꝝ suoꝝ facit in hoc aduentu officium bone matris que dñica preterita ꝓposuit aduentũ benignitatis, s. d̃ incarnatione xp̄i: hodie aũt de iudicio vniuersali vt qui nolunt se corriger̃ ex benignitate: corrigãt se ex timore. s. iudicium vl̃is: qd̃ hodie dicit Tho. Uidebunt ⁊c. De quo iudicio tria videbimus. Require Folio. xxxiij.

¶ Dominica tertia aduentus.

De iudicio temerario.

Cum audisset Johãnes in vinculis opa christi: mittens duos de discipulis suis ait illis. Tu es q̃ venturus es: an alium expectamus. Math. xi. Euãgelista recitat q̄ Johannes baptista in carcere positus ab Herode antippa audiens opa xp̄i miranda: misit duos discipulos dicens ei. Tu es qui venturus es: an alium expectamus. Scd̃m Criso. triplici de causa Johannes icarceratus est. ¶ Prima quia reprehẽdebat Herodem ꝓpter herodiadez vxorem fratris sui. Marci. vi. Non licet tibi habere vxorem fratris tui Ad eius suggestionem ipsum incarcerauit. ¶ Scd̃a qꝛ Johannes predicabat iusticiam ⁊ baptismum: ex quo populus euz sequebatur. Herodes cum esset alienigena ⁊ populo odiosus: pertimescens tumultũ populi ipsum incarcerauit. ¶ Tertia qꝛ Johannes quendam magnũ regem post se venturum predicabat. Et cum romani ordinassẽt: ne aliquis sine auctoritate senat⁹ nouus rex nominaretur timuit offensam Cesaris: vnde incarcerauit. Et tunc misit discipulos dicẽs. Tu

UVA. BHSC. IyR_237

es qui venturus es: an alium expectamus. Uidet dubitasse an esset Messias. Sed mirum cum ipsum ostēdit. Ecce agnus dei. Uñ ipsum baptizauit. Spiritū sanctuz in specie colūbe vidit: Rñdent doctores nostri. Thom. xxij. q. ij. ar. vij. Archiep̄s. in. iiij. par. ⁊. Raynerius ꝙ triplex est dubitatio. Prima est infidelitatis qualis fuit in iudeis. Secūda tarditatis: qualis fuit in discipulis euntib⁹ in Emaus: ⁊ quibusdaz alijs. Mat. vl. Tertia est amoris siue pietatis. Et hec ꝓprie nō est dubitatio. Talis fuit in Johanne. s. q̄dam horror quo anima ad moduz dubitantis se hz. Unde Amb. Non fide sz pietate dubitauit. Horrebat em̄ cōsiderare ꝙ filius dei ad inferna descēderet. Rñdet etiā Johānes Crisostomus ⁊ bene ꝙ Jo. non dubitauit de primo aut scdo aduentu qr alij ꝓphete ꝓnunciauerunt. Sz dum esset morti vicinus curans de discipulor salute qui in xp̄m nō credebant: misit eos ad xp̄m. Tu es q̄ ven. ⁊c. Ut. s. ab ipso in fide solidarentur. Xp̄s aūt factis mltis miraculis in pñtia eor: dixit eis. Eūtes renunciate Jo. que vi. ⁊ audi. Ceci. vi. clau. q. d. Si verbis nō creditis Jo. bap. me esse messiam: saltē opibus credatis. Joh. x. Opa que ego facio ⁊c. Sequit. Beatus q̄ nō fuerit scandalizatus in me. Glo. Hoc verbū tangit discipulos. Jo. qui in ip̄m nō credebāt quē purū hoīem putabāt. Recedētib⁹ discipulis cepit xp̄s laudare Jo. bap. Rō: qr potuisset turba Jo. bap. leuem reputare ꝙ in xp̄m non crederet. Unde de quattuor laudat. Primo in constantia. Quid existis in desertuz videre Arundinē vēto agitatā. q. d. nō. Scdo in austeritate. Quid exi. in deser. videre Hoīem mo. ve. q. d. nō. Tertio in ꝓphetia. Quid exi. in deser. vi. ꝓphetaz: immo plusq̄ ꝓphetam. Quarto in natura angeli. Hic est de quo scriptū est Mala. iij. Ecce mitto angelum meuz ante faciem tuā qui p̄parabit viam ante te. Hoc q̄tum ad hodiernū euangelium. In dñica preterita egimus de iudicio vniuersali quo om̄es deus iudicabit. Hodie vero de iudicio quo homines se mutuo iudicāt dicemus. De quo apl's in epistola Nolite ante tempus iudicare. Ubi tria videbimus. Hunc sermonem habes. Folio. xlvi.

¶ Dominica quarta aduentus. De receptione spirituali Messie iesu christi.

Ego vox clamantis in deserto. Johannis. i. Cuz sit famosa opinio apd iudeos: ꝙ tempus aduentus Messie esset de proximo. Et videntes opera stupenda in ipso Johan. baptista: moti sunt ad opinandum ip̄m esse christum: veri cupidi miserunt ad ipsum Johānem nuncios solēnes: sacerdotes: ⁊ leuitas: ⁊ personas ecclesiasticas: vt interrogarent eum. Tu qui es scilicet an messias noster in lege promissus. Confessus est et non negauit. Quia nō sum ego christus. Secundum Cri-

UVA. BHSC. IyR_237

sostomum: q̃druplici de causa iudei plus opinabant̃ Joannem esse messiã q̃ de xp̃o. ¶ Pr̃ia ꝓpter habit⁹ asperitatẽ. Qr xp̃s ferebat vestes cões ⁊ vestẽ incõsutilẽ: quam maria ei fecerat. Job. bap. indut⁹ erat de pilis cameli. Mat. iij. Ipse Job. habebat vestẽ de pilis camelorũ. Scd̃a ꝓpter vict⁹ parcitatez. Quia xp̃s panẽ ⁊ vinum gustabat. Jo. aũt nõ Lu. vij. Uenit io. nõ mãducãs panẽ: neq; bib. vinũ. Luc. i. Erit magnus coram do. vinum ⁊c. Dant. xxij. Pur. Mel ⁊ locuste fuerunt dapes q̃ nutriuerũt iob. bap. in deserto: ꝓpt̃ qd̃ est tam gloriosus et magn⁹. ¶ Tertia cã: ꝓpter gen⁹ illustre. Qr xp̃s fuit pauper: filius ioseph. Mat. xiij. Nõne hic ẽ fabri filius. Jo. bap. filius sũmi sacerdotis zacharie. Quarta ꝓpter baptismi nouitatẽ. Quia ante iohãnẽ nullus ꝓphetaꝝ ausus est baptizare vt ipe. Uñ baptism⁹ Job. quãdam nouitatẽ p̃tendere videbat̃. Tu q̃s es? Non sum xp̃s. ¶ Scd̃o ꝓponũt aliam petitionez. Helias es tu? De helia petunt Quia sicut aduentus xp̃i fuerat ꝓmissus iudeis: ita ⁊ aduentus Helie vt d̃r Mala. vlti. Ecce ego mittã vobis Heliã ꝓphetã. Respõdit Johãnes. Nõ sum. Sed videt̃ ꝯtra illd̃ qd̃ dixit xp̃s. Mar. xi. Si vultis scire: ipse est Helias. Rñdet Chriso. q̃ erat Helias non in ꝑsona: sed in opatione. Qr sicut Helias nõ timuit rep̃hendere regẽ Achab ⁊ iezabel de pctõ homicidij in Naboth. iiij. R. xi. ita Johannes bap. reprehẽdere Herodem de cõcubina Mar. vi. Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Et sicut helias erit precursor secũdi aduẽtus ad iudiciũ. ita Johãnes bap. p̃mi ad incarnationẽ. Nõ sum ergo ⁊c. ¶ Tertio ꝓponũt aliaz. Propheta es tu? Rñdit. Nõ sum ꝓpheta. Sed contra. Mat. xi. Quid existis in desertum videre? Prophetam? Etiaz dico vobis plusq̃ prophetam. Respõdeo q̃ erat opinio: tũc tẽporis famosa apud iudeos q̃ ante messiam veniret vnus magn⁹ ꝓpheta: pro eo qd̃ d̃r Deute. xviij. Prophetã suscitabo eis de medio fratrum suoꝝ q̃uis de xp̃o ĩtelligat̃: lz iudei intelligerẽt eã de alio ꝓpheta. Johãnes propheta negauit esse illuz Non sum propheta. Quid dicis de teipso: vt responsum demus his q̃ miserũt nos? Ego inq̃t vox. s. p̃dicationis de celestib⁹: clamãtis in deserto. Mat. iij. Penitẽtiã agite: appropinq̃bit em̃ regnum celoꝝ. Qd̃ nunquã fuit auditum ante ipsum. Quid ḡ baptizas si tu nõ es xp̃s neq; Helias. neq; propheta. Respondit. Ego baptizo vos in aqua: exterius tantũ lauãs corp⁹: nõ interi⁹ cor. ad designandũ illũ q̃ suo baptismate lauabit aĩas. Nota in v̄bo Baptizo vos in aqua. Glo. inter linearis. Tm̃ corpa lauo: qr pctã soluere nequeo. Tho. sup epl̃as Pau. ad Ephe. ij. Baptism⁹ Job. dicitur baptismus aque: qr tantũ exteri⁹ mundabat: interi⁹ aũt non sanctificabat. Et ideo de conse. dis. iiij. c. Aliud. Si quos baptizauit iudas iterũ non sunt baptizandi. Et si q̃s baptizauit iohãnes: iteꝝ sũt baptizandi. Jõ dicit. Baptizo vos in aq̃

UVA. BHSC. IyR_237

Medius aūt vestrū stetit.i. cōiter viuens inter hoīes: quasi vnus ex vobis: qꝛ xp̄s vitā cōmunē duxit. Quē vos nescitis.i. vera cognitione nō cognoscitis quo ad eiꝰ diuinitatē. Ip̄e est q̄ post me vētur⁹ est p̄dicaturus et baptizaturus. Qui ante me fact⁹ ē. i. dignitate pollēs et mihi p̄latus: qꝛ ab eterno fuit ꝟ diuinitatē. Cui⁹ ego nō sum dign⁹ vt soluā eius corrigiā calciamenti. In quib⁹ v̄bis querit̄. Utrū xp̄us portauerit calciamēta. Uidet̄ dicere Nico. de lyra super Jo.i. ꝙ hoc calciamentū nō intelligit̄ realiter: sed est quedā methaphorica locutio: ⁊ ego dico ꝙ portauit. Quia vt dicit apl's ad Hebreos. vij. Debuit per oīa fratribus assimilari. Cum fuerit cōis in victu: ita in vestitu. Uñ portauit calciamēta: q̄ habent̄ in sctō. Joh. laterano Rome. Hoc sufficiat q̄tū ad euangeliū hodiernum. Hodie volo videamus: quia instat dies quo dei filius nr̄o amore incarnatus est debeamus ⁊ nos p̄parare saltē spiritualiter ad eum recipiendū. Quando aliq̄ p̄sonam nobilem expectamus in proximo: quattuor cōsueuimus facere: que sunt facienda iesu xp̄o: quem in p̄ximo expectamus in hac natiuitate secūdum ecclesie representationem. Que sunt ista.

¶ Primo viam dirigere.
¶ Scd̄o hospitium preparare.
¶ Tertio epulas ordinare.
¶ Quarto vestes pulchras assumer̄

Primo viā ⁊c. Dirigite inq̄t viam dñi.i. mūdate: om̄ia praua remouete. Qd̄ faciendū ē de necessitate triplici rōne. si xp̄m hospitē apud nos volumus suscipere: in hac festiuitate.

¶ Primo rōne dispositionis.
¶ Scd̄o rōne locationis.
¶ Tertio rōne maioritatis.

¶ Primo ⁊c. ꝙ tu sis bene dispositus. Una maxima est Tho. in.i.ij. q.cxij.ar.ij. Quod peccatuꝫ mortale facit hoīem distare a regno dei ⁊ ab ip̄o deo. In p̄s. Longe a pctōribus salus. ⁊ Prouer.xv. Longe est dñs ab impijs. Que quidam distātia nō est localis: cū deus sit vbiq̄. Et per potentiam: essentiam: presentiā: vt Tho.i.par.q.viij. dicit: ⁊ Dauid in p̄s. Si ascendero in celū tu illic: vsq̄ ad dexterā ⁊ Jere.viij. c. Celum ⁊ terram ego impleo. Distantia hec ergo non est localis: sꝫ formalis propter pctm̄. Exempli gratia. Album et nigrū: licet simul essent localiter et prope: tamen formaliter distant. Quia vt dicit apostolus.ij. Corin.vij. Non est conuētio lucis ad tenebras Ideo sic luc. Jo. Ego sum lux mundi. et Joh.i. Lux in tenebris lucet. Peccator est tenebra. Deus est iustus: peccator iniustus. Deus est bon⁹: pctōr malus. Deus est sapiēs: peccator insipiens. Distant ergo deus ⁊ peccator formaliter in infinitum p̄ peccatum: ita vt christus non habitet in anima peccatoris per gratiam. Et hoc ratione indispositionis. Et nisi sit dispositus p̄ gr̄am nūq̄ susciperet Jesum xp̄m. Igitur requiritur dispositio.i. ꝙ gr̄a disponat pctōrem p̄ fugationem culpe. Dirigite viā dñi id est remouete op̄a praua

UVA. BHSC. IyR_237

Unde theo. ponūt casum disputabilē. Si iudas cū mala volūtate. i. cum pctō ꝓditionis ingrederet celū petūt. Si deꝰ posset eum facere beatū sine p̄dicta dispositione gr̄e Ad hoc sunt due opiniones. Una est minoꝝ. s. Scoti in. iiij. dis. xliiij. Et Pauli carmelite in p̄ma sum. in p̄n. tenēt ꝙ de ptāte ordinaria nō potest: quia iam scꝫ ordinauit: q̄s debet esse beatus. Uñ opꝫ ꝙ hēat talem dispositionē. i. ꝙ gr̄a sit purgata ab omni sorde pctī. Sed q̄ad ptātem absolutā dicūt ꝙ deꝰ iudā posset saluare et btm̄ facere absq̄ ista dispōne. Sꝫ doc. nostri al'r tenent Tho. ⁊ Alber. Jo. de biblia de bolonia ī suis quolibetis: ꝙ nec de ordinaria ptāte: nec de absoluta posset iudā aut quēlibet aliū pctōrem beatum facere absq̄ dispōne p̄fata. Et rō illorū est: qꝛ implicat ꝯdictionē: qꝛ seq̄ret ꝙ aliq̄s eēt in gr̄a ⁊ nō in gr̄a: ⁊ esset btūs et non beatus: ⁊ haberet in se statuꝫ oīm bonoꝝ cū statu pctī: sed hoc est impossibile. Si igit̄ tāta ē turpitudo pctī et malicia ꝙ faciat total'r hominē indispositū ad xp̄ꝫ recipiēdū q̄re pctōꝛ miser ñ deserit ip̄ꝫ pctm̄. Cur non sinis ꝯcubinā vsuras ⁊c. Et si forte nō credis: audi Johā. in apo. xxi. Nihil inq̄natū introibit in illā. Si fecisses mille opa bona: et post mortē cum vno solo mortali ires ad celū: ⁊ diceres. O vos q̄ habitat̄ hic: apatis mihi: qꝛ btīficari volo. Apite: qꝛ ieiunaui: oraui: elemosinas feci: feci sic ⁊ sic. putas ꝙ daret ītroitū. Nō placet deo. Sil'r in p̄nti nec in aīa tua per gratiā venire in p̄nti. Nihil inq̄natum. Fiat practica de singulis peccat̄: semp addendo. Nihil iuquinatum. Dirigite ergo viam dñi o mortales: q̄a dominus venit.

Secūdo rōne ⁊c. Cōclusio est phi. iiij. Phisic. Locus ⁊ locatū debēt esse ꝓportionata. Exēpli gr̄a. Tu habes bonum vinū nihil scio ego mente adhuc. Ponis illud in vase ꝓportionato nō marcido sed bono. Ne. O ita pr̄: quia olidum vini facit capillos albos. Anima nr̄a cū sit rōnal' ⁊ capax summi dei. cū sit ꝓpinqua ei ꝑ sil'itudinē: vt docꝫ Tho. i. p. q. xciij. in. i. dist. viij. opꝫ ꝙ si debꝫ eē apta ad suscipiendū ip̄m deū ꝙ ei ꝓportionet̄. Et hoc nō fit: nisi per gr̄am ⁊ lumen gl'ie. qd̄ nō pōt esse in loco vbi culpa est. i. aīa que est pctī subiectum. Opꝫ igit̄ ꝙ aīa a pctō mūdet̄: si dꝫ ingredi ꝑadisum vel xp̄m suscipe. Putas o miser hō ꝙ deꝰ iustus velit liquorē illū p̄ciosum sue gr̄e ponere in fetido vase immūditiaq̄ repleto. i. aīa plena pctīs. luxurie: auaritie: odij ⁊c. Uñ Hiero. ad Pāmachiū ⁊ oceanum. Uasa limo plena: liquorē puri elemēti recipe ⁊ retīere nō p̄nt. Ager spinosus: nisi oīno fuerit cultoris labore extirpatꝰ: nō nutrit in se iactata semīa: sꝫ suffocat: ita ⁊ animꝰ secularium sollicitudinū plenꝰ illecebris: verbū nō pōt sustīere diuinū nisi p̄us ipsas mūdi sollicitudines culparūq̄ oīm materias: euangelica ī se falce succiderit. Ille. Nōne reputaret̄ fatuꝰ ille q̄ lapidē p̄cio-

UVA. BHSC. IyR_237

sum proijceret in latrina ad ibi sp̄ manendum. Uere sic. Nōne reputaretur insipiens qui optimam romaniam: vel maluaticuz poneret in vase musulēto. Uere sic. Ita facit deus. Faciet tibi deus: vt fecit quidā florētinus qui habebat bonum vinū ad quem multi confluebant ⁊ petebāt: aut ꝓ infirmis: aut ꝓ medicīa cū vase honesto ⁊ mūdo q̄dā bestialis misit quēdā famulū cū vno barileto sat̄ magno: vt daret ei de vino p̄cioso. Qd̄ vidēs dñs rusticitatē illius ciuis facere: licentiauit famulū di. Uis in h̄ vase portare vinū. Uolo inq̄t. Accipiēs dñs vas vini: odoratusq̄ est ꝑ foramen di. Abi in malā horā. Nolo ponere bonū vinū meū ī vase mufido: vt ē hoc. O aīa rusticana: ita erit tibi si in peccatis ꝑmanes. Dirigite ergo viam domini ⁊c.

Tertio rōe ⁊c. Cōclusio est ꝑbi. iiij. Top. Si de quo min⁹ videt̄ inesse ⁊ inest: ergo ⁊c. Exempli gr̄a. de rege legem cōdente: cōtra quā fili⁹ eius ꝯfaciens punit. Ualeri⁹ refert de Tito. maulio torquato: qui filiū Titum: quia ꝯfecerat edicto p̄ris: qd̄ erat ne q̄s iniret belluz nec certaret: q̄uis fili⁹ certās inimicū vicissz: fecit eū ligari in p̄ñtia sua ad stipitez: et ibi decollari. Et illud met legit̄ de quodā duce veneto. Si filiū suum punit: rex magis puniet famuluz. Si angeli vel sancti oēs ⁊ ꝟgo btā peccare possent ⁊ peccarēt: de⁹ expelleret eos a sua visiōe: nequaq̄ cū eis eēt. O paule da testimoniū si forte rōes nō capiūt. ad Eph. v. Hoc em̄ scitote intelligētes: q̄r oīs fornicator: aut immūd⁹ aut auar⁹: qd̄ est idoloꝝ ꝟuitus: nō hz hereditatē in regno xp̄i ⁊ dei. ad Ro. xiij. Abijciam⁹ ergo opa tenebrarū. Et dauid. Dñe q̄s habitabit in tabernaculo tuo. Qui ingredit̄ sine macula. Mat. v. Beati mundo corde ⁊c. De pe. disti. i. c. Non pōt quisq̄ gr̄am vite celestis accipe. nisi purgatus fuerit ab omni sorde pcti ꝑ pnīe confessionez: vel per donum baptismi salutaris. Ille. Exēplum nepotis Cyrilli ad Aug. scribentis Nepos inq̄t quidē me⁹ Rufus noīe vtroq̄ p̄uat⁹ parēte a teneris annis ad meas deuenit man⁹ q̄ vtinā ex vtero nō exijsset: ne illi qd̄ sustinet contigisset: quem tāta diligentia enutriui: vt a plurib⁹ a me genitus putaret̄. Crescēs itaq̄ īfelix puer etate: sed nō sapīa. ingēti pulchritudine corpis decorat⁹: sed nō aīe: a cūctis dilectōe sup̄flua colebat̄. Is nāq̄. xviij. etatis sue anno imbecillis ⁊ miserrimus expirauit De cui⁹ morte tāt⁹ ab oībus īsonuit luct⁹ q̄ vix ꝑ mēsem potuit quietari. At ego nimis ei⁹ incūbēs dilectōi pluries rogaui gl̄iosuz. Hier. Ut mihi q̄d acciderat nepoti meo reuelaret. Orāti aūt mihi die q̄dā hora. xvi. tāt⁹ affuit fetor q̄ nullaten⁹ potui sustīere: ⁊ dū tacit⁹ mirarer: vñ tāt⁹ fetor eēt sup̄ meū ꝟticez eleuat̄ ocul' īfelicē nepotē meū vidi t̄ribili visiōe ita q̄ visuz ī eū imp̄mere ñ audebā. Nā cathēis igneis circūligat⁹ flāmas fetidissimas erūpebat. ad hāc t̄ribilē visiōez subito

UVA. BHSC. IyR_237

me tantus timor inuasit vt dñ plu
ries loqui vellē formare vocē peni
tus nō valerē. Postremo aliquātu
lum ad me rediens si meus erat ne
pos voce cepi pq̄rere tremebunda
Ad hec iq̄t ille vlulatib⁹ ⁊ suspirijs
Utinā nō essem ne tam diris essem
cruciatib⁹ deputat⁹. Nam scias me
ꝑpetuis tꝑibus māsionib⁹ tartare
is ꝑmansuꝝ. Heu q̄d dicaꝫ. His di
ctis tantus mihi dolor affuit vt ꝑ
pluries siꝫ mirat⁹ quō e vita ꝓtin⁹
nō decessi. Longi⁹ aūt expletis col
loquijs ab eo sciscitat⁹ fui: cur ita
diuinam mīam ꝑdiderat: cū tot vir
tutib⁹ videret̄ pollere. Pro nll'a in
quit me scias causa fore dānatum
nisi qꝛ in ludis maxime delectabar
atq̄ in morte volūtarie postposui
cōfiteri: q̄bus dictis disparuit. Et
tantus fetor remāsit vt in locum il
lum ꝑ magnū spaciū nullus ausus
sit introire. Hec Cyrillus. Ue igit̄
his qui cum talia vl'legunt vel au
diunt: nō timent: nō mutant̄: nō cō
uertunt̄ ad dñm deū suum. Nam si
ꝓ vno peccato solūmodo hominē
dei iusticia eternaliter damnat: q̄d
faciet pro ml'tis. Dirigite ergo viaꝫ
domini ⁊c.

SEcūdo debem⁹ domuꝫ
dignā ⁊ hospiciuꝫ ꝑpa
rare. Amb. Propicia
diuinitate frēs carissi
mi iā aduenit dies quo natalē dñi
saluatoris cū gaudio desideramus
celebrare. Idcirco rogo vt q̄tū pos
sumus cuꝫ dei adiutorio laborem⁹
vt in illo die cuꝫ sinceritate: ⁊ pura
ꝯscia ⁊ mundo corde: ⁊ casto corꝑe
ad altare dñi possimus accedere: ⁊
corpus vel sanguinē eius nō ad iu
dicium: sꝫ ad remediuꝫ aīe nr̄e me
reamur accipe. Ille. In hac domo
⁊ hospicio aīe nostre sūt tres came
re: que debent esse pure ⁊ munde.
Memoria: intelligētia: ⁊ volūtas.
In memoria q̄dem habitat pater.
In intelligētia fili⁹. In volūtate spi
ritussctūs. Memoria em̄ s̄m Aug.
est mater intelligētie: qꝛ intelligen
tia nihil cognosceret sine memoria
q̄ ei influit. Sil'r volūtas generat̄
a memoria ⁊ ītelligētia. Nemo em̄
vult aliq̄d nisi in memoria habeat
Et nisi ꝑ intelligentiā aliqual'r co
gnoscat. Et sic memoria est mat̄ in
telligentie. Et intelligētia est ꝓles
memorie. Uolūtas v̄o ab vtroq̄ ꝓ
cedit. Et iō ꝑ quandā appropatio
nem: pr̄ habitat in camera memo
rie. Filius in camera intelligentie.
Spūssctūs in camera voluntatis.
In camera memorie pr̄ habitat ꝑ
bñficioꝝ dei recordationē ꝯtinuaꝫ.
Uñ ps. Memor fui ⁊ delectat⁹ sum
Fiat practica de bñficijs dei ꝑ mo
dum ꝯtēplationis. In camera ītel
ligentie habitat fili⁹ ꝑ fidē veram.
ad Eph. iij. habitare xp̄m ꝑ fidē in
cordib⁹ vr̄is. Et hec fides hꝫ purifi
care. Act. xv. Fide purificās corda
eoꝝ. ⁊. xv. q. vl. fides oīa purgat. ⁊
Amb. Ubi fides ītegra est ēt vbi sal
uator docet: vigilat ⁊ exultat: ibi re
quies: ibi tranq̄llitas: ibi cūctoruꝫ
criminū ē medicina. In camera vo
lūtatis habitat spūssctūs. s. ꝑ amo
rem. Uñ postq̄ dñs dixit. Jo. xiiij.
Si q̄s diligit me s̄monē meū serua
bit. Subdit. Ad eū veniem⁹ ⁊ man
sionē apud eū faciem⁹. s. ꝑ amoreꝫ.

UVA. BHSC. IyR_237

Sed dicunt quidā. Si vult venire in domū meā in istis festis paraui plura. Si voluerit ludere ad triū-phos sunt in domo: ad tesseres ha-beo plura tabuleria: ad aucam ha beo taxillos grossos et minutos. Grossos vt si forte male videret: qꝛ deus senuit. O ceci q̄d agitis. Unde Ber. sup Can. ij. Ecce q̄ multi ī hac eius q̄ ꝓximo est celebrāda natiui-tate gaudebūt: sꝫ vtinam de natiui tate. Ille. Dirige ergo viā ꝛc.

t Ertio. Debem⁹ epulas or-dinare. Inuenio triplicē ci bum in quo xp̄s delectat.

¶ Primus est materialis.
¶ Scd̄s est spiritualis.
¶ Tertius est celestialis.
¶ Primus ꝛc. Iste debet dari pau-perib⁹ q̄ xp̄i ꝑsonā gerunt. Xp̄s em̄ in paupere se reputat esurire ꝛ pa-sci. Mat. xxv. Esuriui em̄ ꝛc. ꝛ. vij. q. i. c. omnis. Qui negāt misericor-diam faciendā fugientib⁹: ꝛ necessi tatē patientib⁹ ip̄m xp̄m negant q̄ est misericordia ꝛ veritas. Practi-ca. Ut si q̄s videret xp̄m ad ostium ꝛ ip̄m licētiaret. O q̄tū esset graue ita fit paupi quē lnias dicendo va de cū deo ꝛc. ¶ Scd̄s ꝛc. Hūc debe-mus p̄parare in aīe iustificationeꝫ de quo Jo. iiij. c. Me⁹ cib⁹ est vt fa-ciam volūtatē p̄ris mei q̄ in celis ē Et q̄ est hec volūtas p̄ris. O bone iesu. Certe iustificatio pctōꝝ. Eze. xviij. Nunq̄d volūtatis mee ē mors impij. Istum cibū it xp̄s querendo ostiatim di. Apocal. iij. Ego sto ad ostiū ꝛ pulso: si q̄s appuerit mihi ī-trabo ad illū ꝛ cenabo cū illo: ꝛ ip̄e mecuꝫ. Hoc est dicere. Ponem⁹ ad scotum. s. q̄tuꝫ dabis mihi: ego da bo tibi. Quid ḡ faceres o aīa quan do xp̄s veniret ad cenandū tecū. Q p̄r facerē ei de assato ꝛ alia plura. Non querit ista de⁹ a te: sed alia. In hac cena pctōꝝ dꝫ ponere tria ꝓ suo scoto. Confessionē: ꝯtritionē: satis-factionē. Deus aūt ꝓ scoto suo po-nit alia tria. Remissionē culpe: in-fusionē gr̄e: collationeꝫ gl̄ie. O bo na cena. Sꝫ heu multi sunt sil̄es io culatorib⁹ q̄ semꝑ vellent comede re de alieno ꝛ nunq̄ de suo. Tales vellēt q̄ deus poneret partē suā: ꝛ ipsi nihil volūt d̄ suo ponere. ¶ Ter tius cib⁹ ꝛc. i. laus dei p̄parāda est dr̄ em̄ cibus celestialis. Deus em̄ ē frater. s. Dñici nō comedit carnes: sꝫ libēter gustat laudes īmolatas. Uñ dicit. Nunq̄d māducabo carnē tau. aut san. hir. potabo. Subdit. Immola deo sacrificiū laudis. i. oī bus his diebus p̄cipue occupa te ī vesp̄is missis ꝛc. O quot sunt q̄ istū nō p̄parabunt: sꝫ blasphemias ꝓ pter ludū qui fit diebus ꝛ noctib⁹. O pretores quid agitis.

q Uarto pulchras vestes as sumere. Inuenio tres ve-stes q̄bus ornare dēm⁹ nos

¶ Prime sunt albe.
¶ Scd̄e sunt deaurate.
¶ Tertie sunt varie.
¶ Prime ꝛc. Uestis alba ē puritas. de qua Apoc. iij. Uestimētis albis induaris: vt nō appeat cōfusio nu-ditatis tue. ¶ Scd̄a est deaurata. Ista est charitas: caritas est vestis rubea q̄ facit aīam rubentē. i. igne amoris feruentē. ¶ Tertia est varia id est diuersitas virtutū. Eccl. xvi.

UVA. BHSC. IyR_237

Uestiui te discoloribus. De hac tri plici veste in ps. Astitit regina a dextris tuis in ve. deau. circun. ꝛc. Beata anima que xpo aduenienti occurret ei cum veste alba puritatis cum veste deaurata charitatis ꝛ varia mltiplicis vtutis. Sz ve illi: qui sibi ecōuerso occurrent cum veste nigra: sanguinolenta ꝛ sordida pctōꝝ. Nō est olla magis nigra q̄ aīa in mortali posita. Naum. ij. Facies eoꝝ sicut nigredo olle. Nō ergo cū nigra sed alba veste. Mat̄ em̄ tenēs filiū in gremio nō vult q̄ aliquis amplectet̄ eū qui euz facit plorare. Tria genera hoīm timēt pueri. Primo hoīes male īdutos. Scdo hoīes q̄ hn̄t longā barbam. Tertio illos qui auferūt puero qd̄ p̄mo sibi dederūt ꝛ gratāter in manu tenebat. Moral'r. Paruul' iste qui natus ē nobis: vel nasci debet p̄mo abhorret hoīes male īdutos i. illos qui hn̄t mortale pctm̄. O si videretis tunc quales lachrymas mittet: qn̄ in die natiuitat̄ tanget̄ eum cū pctō. Scdo barbutos. i. in pctō pseuerantes. Quia sicut barba p longa tpa crescit sic pctm̄ per ꝯsuetudinem. Unde puer nō vult eos habere ꝓpe cū illa barba: nec mater vult. Et si veneris ad euz ꝓ malo hēbit. O maria da ei licētiā Dicat̄ exemplū in. i. dyal'. de illa q̄ fuit incōtinēs ꝛ accessit ad eccl'iaz sancti sebastiani. Tertio illos q̄ auferūt qd̄ p̄mo dederūt. Isti sunt recidiuātes ꝛ cadētes a pnīa q̄ auferūt deo aīas suas q̄s sibi dederāt. ꝛ quas sicut pomū gratū ꝛ odoriferum in manu tenebat. iuxta illud Sap̄. Justoꝝ aīe ī manu dei sunt. Si em̄ debet venire ad ꝯsecrandū nos in hoc festo req̄ritur q̄ habeamus illa q̄ req̄runt̄ in ꝯsecratione ecclesiarum Primo requirit̄ misse celebratio. De cōse. di. i. c. i. ꝛ. c. de fabrica. ita requirit̄ oratio ī hoīe. Scdo reliq̄e sanctoꝝ. De ꝯse. di. i. c. De fabrica. c. Placuit. Reliquie sctōꝝ est imitatio bonoꝝ ꝛ sctōruz Tertio requirit̄ electio cadaueruz paganoꝝ. De conse. di. i. c. Eccl'iaz Ita requirit̄ in homīe vt cadauera carnalia vitiat eijciat. Quarto dz dotari anteq̄ consecret̄. xvi. q. vij. c. Pie. Dos ista est fides in homīe. Unde patet sermo.

¶ Prologus cōmunis.

Gloria ꝛ honore coronasti eū dn̄e. In ps. ¶ Uilis ꝛ ignobilis vere potest iudicari vita hominis duz illa sit supposita regimini celoruz ꝛ tantis miserijs quātas inducunt celeris motus ꝛ dn̄ium sperarum eternarum. Doni accomodate. Jacob vocitauit hanc nostram vitam ꝓpter suum cōtinuum defluxum: peregrinationem. Gen̄. xlvij. Dies pegrinationis vite mee centū triginta ānoꝝ sunt pui ꝛ mali. ꝛ Job sil'r cognoscēs defectū et miseriam vite nr̄e dicit Alber. vij. c. Memēto qꝛ vētus est vita mea. ꝛ Alber. xxi. subiūgit. Hō nat' de mlīere breui viuēs tpe reple. mul. mi. O q̄t patibula: q̄t sūt egritudīes corporis Quot immense passiones animi.

UVA. BHSC. IyR_237

Quot excidia? Quot ruine? Quot supplicia? Quot iacture? quot naufragia? Quot alie dispōnes: quib⁹ suppositus est homo. Unde est necessarium ꝙ animo suo ꝯtinue adiungat molestia. Uñ Petrar. in. v. triumpho tēpo. Apparet mihi ingens vanitas cor figere in illa que tempe pereūt que quāto plus retineas p̄terierūt. Cuz itaq; sit vnū damnū irremeabile quod nobis ꝓducit tēpus: ꝓpter hoc merito vilis ⁊ abiecta est iudicanda hec nostra terrena vita. Et quantū sit fallibilis ip̄a mortalis vita: ⁊ vera p̄inducta poete snīa. oñdit salomō in p̄ncipio Eccl's di. Uanitas vanitatum ⁊ oīa vanitas. O sapientia aurea: ⁊ celebrāda snīa. O ceci ⁊ inaduertētes mortales cupidi nimis rerum caducarum atq; transitoriarū. Ubi sunt diuitie ⁊ thesauri possessi a p̄ncipibus secularib⁹ ⁊ ecclesiasticis. Ubi sunt splendida vasa aurea ⁊ purgati argenti. Ubi multitudo equoꝝ. Uanitas vanitatuz et omnia vanitas: dicit Salomon Sed vere nullū remediū ē magis congruū ꝙ ista ꝑcalcare ⁊ vertere oculos mētis nostre ad imitādos sanctos: presertim gloriosissimum N. qui ⁊c.

¶ In festo alicui⁹ scti ꝓlogus cōis. vt Antonij. Siluestri ⁊c.

Edit illi claritatē eternam dñs deus noster. Eccl'. xliiij. ¶ Conclusio est pb̄i i lib. de bōa fortuna. ꝙ apetitus naturalis naturalr tēdit in bonū. Dio. iiij. de di. no. Pulchꝝ et bonū oīa desiderāt. Cum bonū inq̄t pb̄s. iij. Ethi. sit obiectū volūtatis. inter oīa bona precipuuz est v̄tus. In ij. Ethi. Uirtus ē q̄ facit bonū habentē: ⁊ opus eius reddit bonū. Hec est q̄ facit hoīem laude dignū. In. ij. Ethi. Uirtuti debetur laus. Hiero. ad Celantiā. Nobilitas summa apud deum est claruz esse v̄tutibus. Hec est q̄ facit hoīez deum. In. vij. Ethi. Hoīes dicūtur dij ꝓpter v̄tutis excellentiam. p̄s. Ego dixi: dij estis. Hec ē que facit filios dei. Jo. i. Dedit eis ptātē ⁊c. Hec est que hoīem deo assimilat. Apuleius in lib. de deo Socratis. Nihil est deo similius: ꝙ vir animo perfecte bonus. Et qꝛ sunt plures mali q; boni ꝓpter difficultatē boni. In. ij. Ethi. Malū est facile: bonum v̄o difficile. In eodē. Difficile est esse bonū: vnde pauci saluant. Mat. xxij. Multi sunt vocati ⁊c. Asculan⁹ sup h̄ lib. iiij. c. iij. Multi sunt vocati ⁊ pauci electi: ad cōsequēdas tātas v̄tutes ꝯtēplandū diuinū conspectū. Ideo opz ꝓuocare ad v̄tutem ꝑ p̄mia ⁊ ꝓmissiones: ⁊ bona exempla. Unde Hier. ad Paulinū p̄s br̄z. Hz vnūquodq; ꝓpositum p̄ncipes suos. Romani duces imitēt. Camillos. Fabricios. Regulos. Scipiones. Pb̄i. ꝓponant sibi Pythagorā. Socratē. Platonem. Aristotelē. Poete emulentur. Homerum. Uirgiliū. Menandrum. Terentium. Hystorici. Tucydidem. Salustium. Herodotum. Liuium. Oratores. Lysiam.

UVA. BHSC. IyR_237

Braccos. Demostenem. Tullium. Et vt ad nostra veniam⁹. episcopi et ꝓsbyteri babeant ad exemplum aplos ⁊ aplicos viros: quozū bonozem possidentes babere nitanť. et meritū. Nos aūt babeam⁹ ꝓpositi nostri principes. Paulū et Antboniuz. Julianū. Hilarionē. Macbarium. Et vt ad scripturarū auctozitatē redeam: noster princeps Helias. noster Heliseus. nostri duces filij ꝓpberaꝝ: qui babitabāt in agris ⁊ solitudine: ⁊ faciebant sibi tabernacula ꝓpe fluenta Jozdanis. Jlle. Inter alios beat⁹. N. cui⁹ bodie romana ecclesia merito celebritatem solēnizat nobis exemplo fidei vel cōstantie esse pōt. Propē quod a deo sublimat⁹ est in regno celozum. Unde verba assumpta. Dedit illi ꝛc.

¶Expliciunt sermones de sanctis.

¶Expliciunt sermones de sctis Magistri Gabrielis de Bareleta ozdinis predicatoꝝ ⁊ sacre tbeologie professoꝝ. Impressi Lugdunū: p Magistrum Claudiuz dauost alias de troye. Anno incarnationis dominj Millesimo quingētesimo quarto. Die vero tertia Septembris.

¶Registrum operis.

¶Quadragesimale buius operis incipit in a. excepta epistola: ⁊ desinit in z. oēsctꝫ sūt quaterni preter z. qui est sexternus.
¶Sanctuarium vero incipit in A. et desinit in N. omesctꝫ sunt quaterni excepto N. qui est sexternus.

UVA. BHSC. IyR_237

UVA. BHSC. IyR_237

UVA. FHSC. IyR_237

UVA. BHSC. [illegible] 237

UVA. BHSC. IyR_237

UVA. BHSC. IyR_237

633

BARELETE

Sermones

1604

Biblioteca de Santa Cruz
IyR 237

UVA. BHSC. IyR_237

SERMÉ BARELETTE

CNAM BIBLIOTHÈQUE 23

D-A, Bibl. 1 A 57

VA. BHSC. IyR 257